



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-494526-p0001-3

DFG

35 8
23.
18
4716

D. CHRISTIANI GOTTLIBII
CLVGII
DIATRIBE EPISTOLICA
DE
SCRIPTIS IO. LYSERI
AD
TVENDAM SVADENDAMQVE
POLYGAMIAM
EDITIS
AD
VIRVM MAXIME REVERENDVM
IO. IOACH. GOTTLLOB AM·ENDE
PASTOREM ET SVPERINTENDENTEM
FRIBVRGENSEM
PERSRIPTA



VITEMBERGAE CLOCC XLVIII
EXCVDEBAT IO. CHRISTOPH. TZSCHIEDRICHIUS

1748

T. LIVIUS in Praefat.

Hoc illud est praecipue in cognitione rerum salubre
ac frugiferum, omnis te exempli documenta, in il-
lustri posita monumento, intueri, inde tibi tuaque
reipublicae, quod imitare, capias, inde foedum in-
ceptu, foedum exitu, quod uites.



ommentationem Tuam,

VIR MAXIME REVERENDE,

qua memoriam Inspectorum Portensium reno-
vas, more Tuō, hoc est, elegantissime, con-
scriptam, nuper admodum ad me transmi-
stisti, ut eam typis hoc loco exprimendam,
et ab operarum mendis repurgandam, curarem. Perfunctus
sum partibus mihi demandatis eo diligentius, quo maiorem
ex iterata lectione, qua opus erat ad finem obtinendum, praefun-
dandumque amicitiae officium, uolupratem percepī. Expli-
cas hic ea, quae, tum ad memoriam Inspectorum Portensium
conseruandam, tum ad cognoscendam originem indeolemque
Inspectionis, apprime faciunt, eoque non solum res paucis
cognitas perspectasque in lucem profers, sed etiam lectors
et rerum varietate, et orationis suavitate, mirifice oblectas.
Sicut autem non exiguum portionem scripti praestantissimi
historia uitae I.O. LYSERI constituit, quam, e sententia
GOTTLIB. STOLILI, nemo adhuc data opera et diligenter
saris enarrauit, ita id in primis dolui, quod Tibi non licuit
tam felici esse, ut libros LYSERI, ad defendendam suadendam
que polygamiam editos, eosque non ita frequenter obuios,
ipse inspectares. Hoc pacto enim futurum fuisse, praesentio,
ut, quae de libris illis, et de omni hac controversia, a I.O.
LYSERO resuscitata, commemoranda restant, et explanati, et

Biblioth.
P. XVIII.
p. 112.

A

spen-

splendidiore induita habitu, in medium prodirent. Sed, qua
Tibi carentum fuit commoditate, ea mihi obtigit, opem ma-
xime ferentibus Amicis et Fautoribus quibusdam, qui, pro
insigni sua in me beneuolentia, proque laudabili rem litera-
riam iuuandi et amplificandi studio, mihi copiam fecerunt,
unum itemque alterum de libris 10. LYSERI perlustrandi,
immo, quicquid e re mea futurum esse, iudicarent, e bibliio-
thecis suis liberaliter tecum communicarunt. Ut autem ami-
corum omnia solent communia esse, ita, pro mea in Te uo-
luntate, temperare mihi non possum, quin ea hic subiiciam,
quae, mea quidem opinione, rebus, ad 10. LYSERVM per-
tinentibus, nonnihil afferunt lucis. Quod itaque pace Tua
fiat, *de scriptis 10. LYSERI, ad tuendam introducendamque*
Polygamiam, quam simultaneam vulgo uocant, compositis, pau-
cis Tecum et amice agam.

Facturusne sim operae pretium, nec ne, ipse iudicabis.
Certe, quantum mihi constat, nullibi scripta illa dedita opera
et accurate satis percensentur. 10. ALB. FABRICIVS, at
p. 604. seq. quantus librorum heluo, licet in *Bibliographia Antiquaria de*
scriptoribus, ad controversiam de polygamia pertinentibus,
copiose exponat, tamen librorum, a 10. LYSERO de hoc
argumento editorum, nullam prorsus facit mentionem. Sed,
nec a Summe Reuerendo WALCHIO, qui historiam con-
troversiarum theologicarum, in ecclesia nostra exortarum,
laudabili industria contexuit, controversiam Lyserianam, tot
scriptis, ultro citroque editis, agitatam, enarrari, deprehendes.
Et quanquam non omnino defunt, qui controversiae huius
mentionem iniiciunt, commemoratis etiam scriptis, in utram-
que partem editis, tamen, quantum ad ipsa 10. LYSERI
scripta attinet, spicilegium non contemendum reliquerunt.
Nec uero nudam, uelim, sterilemque scriptorum horum a
me expectes enarrationem. Ita potius caussam hanc tracta-
bo, ut meum subinde iudicium interponam, et, quae ad ori-
ginem et momentum controversiae Lyserianaee, itemque ad
fructum inde percipiendum, pertinent, ea, qua fieri potest,
et breuitate, et perspicuitate, subiungam.

Omit-

Omitto autem sciens uolensque illa IO. LYSERI scripta, quae de aliis eum cauiss in uulgu edidisse, credo. Quamvis enim nihil quicquam horum scriptorum a me usum sit, tamen ueri haud est simile, LYSERVM, praeclaris ingenii dotibus instruetum, variis etiam imbutum scientiis, praesertim cum per complures annos in luce academica ueraretur, cumque primum honorum theologicorum gradum, quem Baccalaureatum vocant, Lipsiae adeptus, et muneri satis ampio in schola et ecclesia Portenii praefectus esset, ab edendis scriptis omnino abstinuisse. Verum in his conquirendis percensendisque mea nunc non occupatur diligentia, sed in scripta illa IO. LYSERI oculos animumque conuerto, quae ille, munere iam exutus, tuenda stabiliendaque polygamiae cauissa, euulgauit. Tu quidem in ea uersari mihi uideris opinione, quasi haec ipsa LYSERI scripta occasionem suppeditauerint, eum de statione sua in ecclesiis Saxonicec deiiciendi.

Ut primum compertum est, ais in Diatribe tua, Dialogi, aliorumque pag. 35. scediasmatum, pro Polygamia, vel avaricie, vel falso nomine, editorum, auctorem esse Lyserum, nec illum, quamvis monitum, consilii pœniteret, ut eius summa erat peruicacia et inflexibilis obstinatio, auctoritate Electoris Principis, non solemni quidem ratione loco suo morus, at loco tamen cedere, ab omnique offici sacri administratione se se abstineret, iussus est. Supponis itaque, scripta haec LYSERI antea edita esse, quam munere suo, vel ultro se abdicaret, vel decedere cogeretur. Sed ipsa librorum inspectio aliud docet, quippe qui, annis aliquot post editi, cauissa deiectionis esse non potuerunt. Id quod ex iis, quae nunc dicenda sunt, satis abundeque appareret.

Primum scriptum IO. LYSERI, idque foras datum, est *Dialogus de Polygamia*, Germanice conscriptus, auctore, ut titulus prae se ferr, SINCERO WARENBERGIO, qui in Suecia lucem aspergit anno 1671. Certe BALTH. MENZERVS, cuius epistolae de Polygamia et Diuortio, inscio auctore, Holmiae anno 1670. editae, oppositus est *Dialogus* ille, in ipso limine *Praefationis ad Iudicium suum de Dialogo SINCERI WARENBERGII*, Darmstadii die XVIII. Octobris

bris anno 1671. exaratae, conceptis uerbis affirmat, *ab his
tribus septimanis dialogum istum, ab amico Holmensi transmis-
sum, in manus suas peruenisse.* Controuersia igitur illa de Polygamia, scriptis publice editis, in Suecia agitari coepit, licet, LYSERVM eo tempore in Suecia commoratum esse, non constet. Si coniecturis locus est, ego quidem crediderim, Comitem Koenigsmarckium, cuius tutela et patrocinio usus fuerat LYSERVS in Germania, non solum opinione Lyseriana imbutum in patriam rediisse, sed etiam de cauſa illa subinde inter amicos uerba fecisse. Quis qualisue Koenigs-marckius (*) ille fuerit, indicare non possum. Nitor hac in re fide Tua. Sed habeo alium quoque e Sueciis uirum illustrem, eumque Baronem, et regni Senatorem, qui, anno 1669. Hanouiae uersatus, cum mensae Comitis Hanouiensis, absente tamen Comite, assideret, monogamiam, et leges coniugii nimis astrictas, commentum hominum ecclesiasticorum esse, publice professus est, in alios quoque erupit sermones, quibus animum a religione christiana alienum prodidit, ut PHIL. IAC. SPERNERVVS in literis, ad Balth. Bebelium die VIII. Augusti anno 1669. datis, commemorat, Nobis, inquiens, *alia nuper fastidia mouit in urbe Baro Suecus B. S. Regni Senator, sed confessu usque ad maiorenitatem Regis exclusus.* Nostris sacris eum interfuisse, nunquam recui. Neque tamen sequiora de illo suspicabamur. Primum Hanouiae, ubi Comitis animum iam se possidere credebat, in impios sermones aperie prorumpere coepit, in mensa, Comite tamen absen-

pag. 261.

P. I. p. 381.

(*) Clarissimi MENCKENII, pater et filius, in Bibliotheca Virorum militia aequae ac scriptis illustrium, geminum commemorant KOENIGSMARCKIVM, literis innutritum, sed ita, ut nullum appareat nefitium, uel polygamiae ab iis defensae, uel LTSBRI in tutelam recepti. Doctissimus PFAFFIVS in *Introductione in Historiam Theologiae Literariae*, scripta Theologorum, Locum de Coniugio illustrantia, enarraturus, cum ad scriptores de Polygamia peruenisset, LTSBRVM quoque excitat, polygamias defensorem, *Quod Lyserum attinet, inquiens, qui ex celebri Lyserorum profapia ortus erat, is officio primus quodam functus, postea, cum in opinionem hanc incidisset, Ephorus Comitis cuiusdam Suec⁹ factus, hoc mortuo, terras pererrauit, et uariis in locis Latine et Germanice librum suum de polygamia edidit.* LTSBRVM itaque, PFAFFIVS ait, Comitis cuiusdam Sueci Ephorum factum esse, sed nomen eius silentio premit.

absente, aduersus concionatorem aulicum sustinens, commentum ecclesiasticum esse monogamiam et strictas illas coniugii leges, cum tamen natura doceat, ut quodvis uiuum semen suum, quam latissime potest, spargat. Habes hic ipsam sententiam LYSERI, qui, polygamiam, natura duece, praecipi, arbitratus, *Videmus*, inquit, *masculum a natura ita esse comparatum, ut uno anno plures infantes procreare possit, quod cum una femina fieri non potest.* Iam uero Deus et Natura nihil agunt frustra. Constat ergo, hoc talentum ideo masculo esse concreditum, non ut id recondat in terra, uti Scriptura loquitur, sed ut eo lucretur, et illi fini, cui a Deo ex natura destinatum est, consecret. Qui uero negligenter hoc opus Dei facit, maledictus est, inquit Ieremias. Nonne dixeris, et Suecum illum, cuius mentionem iniicit SPENERVS, et LYSERVUM nostrum, in uno eodemque ludo ad nequitiam doctos esse? Deinde alios sermones Sueci illius SPENERVS inferit, iis, quae famosus EDELMANNVS in *Confessione fidei sueae*, quam uocat, seu potius in arte nihil credendi, non ita pridem plenis buccis eruētavit, haud absimiles, Scripturam sacram scilicet et ministerium ecclesiasticum inuentum esse humanum, nullos dari daemones, qui conscientias crucient, immo absurdum esse, animam, a corpore abeuntem, ullo dolore affici, de aduentu iudicis uisibili quae profabant theologi, fabellam esse, terrendis hominibus inuentam, Trinitatem non tam personarum, quam idiomatum, fuisse, esse, et fore, Atheum nullum unquam extitisse, cum omnes omnino, etiam Turcae et gentiles, Ens aliquod supremum, a quo reliqua dependeant, statuerint, (*)

A 3

quae

Polygam.
triumph.
thes. 2.
p. 13.

(*) Miraberis forsitan, unde opiniones imbibiter Suecus ille, tam pestiferas, tam profanas, tamque reipublicae exitiosas. Sed mirari desines, si apud animum proprias, quanta commutatio tum in aula, tum in animo, Christianae, Suecorum reginae, facta sit, alicitis hominibus peregrinis, sigillatim Gallo quadam, cui nomen Burdelotii erat. Hic, ab omni religione alienus, animum reginae pessimis imbuti opinionibus, de qua re auctor ille, qui historiam uitiae Christianae, e lingua Gallica in Germanicam conuerstam, anno 1656, edidit, sequentia tradit: *Lasset uns Bürger A. 3. auf unsre Princeps kommen, welche fürsahr eine zeitlang vor den unglückseligen Ankunft Bourdelots sehr gottesfürchtig und fromme gebeten; Aber bernach hat man sie hören zöbeln, ob ein Gott und eine Verschöning? Himmel und Hölle, heilige Engel, Teuffel, längstes Gericht, Auferstehung, und, was daraus kommt, die Unsterblichkeit der Seelen, hat sie geleynet. Die Menschwerdung Christi bielt sie vor*

quae ipsa summam constituant Confessionis fidei, ab EDELMANNO conscriptae. His enarratis, SPENERVS unum e sociis Baronis nominat, D. Beckerum, apostamat, additque, Baronem hunc non absimilia etiam Francofurci in familiaribus colloquis sparsiss. Tum uero, officiis, inquit, ratio postulauit, ut publice ex suggestu impietas refellereetur, et admonerentur de cauendis hisce quidam natiuus auditores, tum ut de homine, in quem nostrum ministerio, cum se nunquam addixerit nostrae ecclesiae, nulla erat potestas, moneretur magistratus, qui scandalum prohiberet. Factum est utrumque, et mox securum, ut nescio, quo, ab incluro Senatu accepto, iussu, S. urbe excederet. Tum uero in nos, ut calumniatores, Iesuiticos inquisidores priuatorum discursuum, iniquissimos homines, ille omnes minas et dira quaueis euomere, et, si qua in patrio regno pollerer, potentiam ostentare, sermones uero suos tanquam eliciendae ueritatis cauissa, neque ex animi sententia, prolatis, purgare. Entibi ingenium EDELMANNI, viuis quasi coloribus depictum. Hic enim ministros ecclesiae, impietati suae obuiam euntes, foedissimis proscindit conuiciis, immo, ea, quae et uiua uoce, et scriptis editis, inter homines sparsit, non ueiri eruendi cauissa, sed ex animi sententia, prolata esse, palam professus, se Sueco illo multo deteriorem esse, prodit. Et quam libenter iste cornua, uel, si qua polleret, potentiam ostentaret? Sed fari pergit SPENERVS. Cum uidit, ait ille, bonae cauissae nos confidere, pleraque excusari non posse, et minorem non effici, contentus a nostris testimonio, quod non sic diserte ex urbe relegatus, (id quod nec fieri potuit, eum ad cauissam dicendam non fuerit certis ex cauissis vocatus,) obtinuisse, et in eius rei documentum in comitatu Serenissimi Landgravi Georgii Christiani, Ponifici, semel iterumque ciuitatem intrasse, nunc silet, nec adhuc, quo amplus

A. 4.

Bor eine Fabel. Et ne quis de ipsa re dubitet, se ipsum testem exhibet auctor, Dicentes, inquietus, Buelche an dem Schlossdichen Hofe nicht gehezen, waerden dieses schfferlich glauben konnen. Die aber ihre Regierung mit angelebet, waerden mich keiner Liger beschuldigen. Si hat offtermals wsentlich sich weit heraus gelassen, daß man ihre Gedanken gnungsam zu erkennen gehabt. Dessen bin ich Zeuge, und kan bey denen, die mich kennen, dasor untadelhaft bestehen. Et, paus interiectis, ita fari pergit auctor: Es hat Bahrhaftig die Prinzessin ihren guten Nab-

men

plius tendat, nobis palam factum est. Deus scandalum auertat, quod non uni dedit, eumque uel, si se flecti paritur, ad poenitentiam reducat, uel, ne damnum amplius dare possit, quo uis poterissimo modo coercent. Id ipsum est, quod ratione E D E L M A N N I Deum simplex rogo. Caeterum tales hic exhibeo literas S P E N E R I, quales inuenio libello S A M. S C H E L G V I G I I, quem inscripsit, Reliqua de Polygamia aduersus Themistium, subiectas. Quid? si Suecus hic esset patronus ille, qui L Y S E R V M, sedibus suis extorrem, opibusque destitutum, et suscepit, et fuit. Eodem circiter tempore Hanoviae ille uerfatus est, utin pag. 37. Diatribe Tua relatum lego. Habuit quoque Baro ille plures socios, e quibus unum modo commemorat S P E N E R V S, D. Beckerum. Eidem coniecturae robur addunt ea, quae in calce operis, e Descriptione urbis Eubenslochii, nuper euulgata, mones, de profectione L Y S E R I ad acidulas Schwalbacenses, eodem fere tempore suscepit. Et quamuis in reliquis erroribus a Sueco illo dissenserit L Y S E R V S, tamen, uel unica illa opinione, de Polygamia iure diuino non prohibita, Baronis Sueci fauorem sibi conciliare eum potuisse, quis est, qui negare ausit? Vt cunque res ista se habeat, extra omnem dubitationis aleam positum est, viros quosdam Holmiae, eosque non infimo loco natos, extitisse, qui, in conuiuio, et inter amicos, polygamiae patrocinium suscipiendum sibi esse, putarent. C H R I S T I A N V S V I G I L, uel, qui sub nomine illo se abscondit, F R I D. G E S E N I V S, sacrorum Garlebiensium antistes, in Opella, quae inscribitur, Domini Samuelis Pufendorffii, iuris naturalis Doctoris et Professoris, contra ius naturae iniquitas, inque ilius scrutinio infelicitas, Germanopoli anno 1674. euulgata, conceptis uerbis asserta, in Suecia controversiam agi coepisse super pag. 1. coele-

men bey gottesfürchtigen und ehrlichen Leuten sehr befleckt, indem sie mit Bourdelet allzufrey umgängen, bösliches meistern und besten Gespräche in unkenischen und garstigen Historien bestünden, an welchen sie große Lust batte, und ausdrücklich begehrte, man solle alles bey seinem rechten Nahmen, ohne einige Verblümung, nennen, und ihr nicht etbbaan, oblie es die Erbarkeit erfordert, Fortragen. Sicut autem assertores, ad Principum mores et ingenium si componentes, nunquam deesse solent, ita opiniones, Christinae tantopere probatae, aliis etiam artifserunt.

DAG. 79.
edit
Francof.

coelesti monogamias praecepto, ita, ut in congressibus publicis et conuiuis solennioribus, in dubium vocaretur id, quod in Christiano orbe semper creditum est iure diuino interdictum esse. Quod quamvis SAM. PVFENDORFFIVS in epistola ad Io. Ad. Scherzerum scripta, et Eridi Scandiae inserta, horribile mendacium appellat, cum nihil quicquam huius rei innocuerit his, qui in Suecia habitarent, tamen dissideri nequit, virum unum super epulis cum erudito viro de hac causa collocutum esse. Cum itaque de polygamia, et licita, et in sacris literis approbata, sermones in Suecia caederentur, D. BALTH. MENZERVS, eo tempore ibi degens, audita cognitaque concertatione, Amico cuidam, quae sua esset de hoc argumento sententia, et uiua uoce coram exposuit, et, calamo arrepto, literarum monumentis consignauit. Quae MENZERI meditatio cum in plurium manus incidisset, inscio Auctore, Holmiae anno 1670. typis expressa est, hoc quidem titulo, Herrn D. Balbafar Menzers Schreiben zu Stockholm, an einen furnehmen guten Freund abgegeben, über einem mit ihm gehaltenen Gespräche, betreffend die Polygamie und Ehescheidung, Stockholm 1670. Haec MENZERI epistola, 10. LYSERO, forte clām inter Suecos deliteſcendi, tradita, uel extra Sueciā commoranti, transmissa, occasio nem materiemque Dialogum de Polygamia conscribendi subministravit, quo Bernhardus et Theodorus de hac causa ita inter se disputant, ut Theodorus, polygamiam verbo diuino non prohibitam esse, demonstratus, dicta scripturae, a MENZERO in medium allata, excutiat, iisque, neget, contineri quicquam, quod polygamiae aduersaretur. Quo dialogo, ut modo dixi, mox Darmistadium nullo, MENZERVS et Epistolam suam Holmensem, et Dialogum Sinceri Warenbergii, prelo denuo subiecit, utque ueneno antidorum ne deeset, subiunctis animaduersionibus obiectiones Warenbergii confutauit. Prodierunt haec scripta, Germanice consignata, Francofurti anno 1672. hoc quidem titulo, D. Balbafar Menzers kurzes Bedencken über eines von sich selbst also genannten Sinceri Wabrenbergs kurzes Gespräch von der Polygamie. Lectu omnino dignae sunt haec MENZERI animaduersiones, et ita comparatae, ut

ut caussae Warenbergianae iugulum petant, utque ipse SAM.
P V F E N D O R F F I V S in Epistola, ad Io. Ad. Scherzerum scripta,
et Eridi Scandicae illata, pronunciet, dialogum istum a Menzero
abunde esse confutatum. Annus itaque, quo dialogus iste editus est,
et locus, item argumentum eius et scopus, satis patet, quam-
uis nondum omnia confecta sint, quae ad primum hoc LYSERI
scriptum de polygamia penitus cognoscendum spectant.

pag. 79.

De auctore scilicet inter iudices lis est, quam ut breuiter
strictimque enarremus, a proposito nostro non alienum erit.
Eundem dialogum Sinceri Warenbergii cum FRID. G E-
S E N I V s, Superintendentis Garlebiensis, ascito nomine Chriſtia-
ni Vigilis, oppugnandum sibi fumeret, eumque in finem ede-
ret Epistolam ad Sincerum Wabrenbergium, (*) Suecum, super Po-
lygamia simultanea, in qua primaeum coniugii institutum de non ni-
si una uxore simul babenda, sicuti id ab initio humani generis factum, in
lege Mosis de non adulterando repetitum, a Chriſto explicatum, et ab
Apostolis Christianitati traditum est, monstratis etiam, quibus ab hoc
deiuatuum fuerit, principiis, accurate expenditur, adeoque iis, quibus
par est, bonae interpretationis et disputationis legibus apodictice de-
monstratur, quam Verbo divino cautum sit, ne quis una plures simul
uxores habeat, quamque adeo contra supremam banc Maiestatis le-
gem praeuaricetur, quisquis, extra illud uxorius suae ad genitaram da-
rare, adiutorio nondum per mortem deſtruendo, alii se miscuerit, Ger-
manopoli anno 1673, quo titulo ea, quae ad argumentum,
indolem et commendationem scripti huius pertinent, simul
indicantur, cumque idem G E S E N I V S in hoc ipso scripto
una

(*) b. VVERNSDORFFIUS in Disputatione de Polygamia excitat auctorem,
quem de diuisione legis diuinæ naturalis et positivæ perperam iudicare, ait, eum-
que uocat CHRIST. VIGIL. VVARENBERGIVM, Lex diuina, in-
quiens, uel necessaria est, et naturalis, uel arbitrarya et positiva. Quae diuiso
in diuersitate principi cognoscendi, obiecti, et adiuncti fundatur, a Daphnaeo au-
tem l.c. et Chriſt. Vigil. VVarenbergio perperam explicatur. Putasne, dari au-
torem huius nominis? Scilicet παρογαμα est b. uiri. Scribere uoluit Chriſtian.
Vigil. ad Warenbergium, epistolam, a nobis commemoratam, innuens, ex qua
DAPHNAEV S, in libro de polygamia et diuerto p.s. uerba quadam de iure
naturae nimis incerto delibans, auctorem et librum per compendium nominat
Chriſtianum Vigilem ad Warenbergium, quem locum cum VVERNSDORFFIUS
tanquam in transuersu inspicere, duorum auctorum nomina in unum conflauit.

pag. 19.

B

E. 3. b.

pag. 3.

una innueret, alterum e PVFENDORFFIIS fratribus dialogi auctorem esse, Warenbergium, pronuncians, pro lege firmissimae amicitiae idem nolle adhuc et idem nolle cum celebratissimo illo et iurium quorumcunque consultissimo Domino Samuele Pufendorffio, in illustri, quae Londini Scanorum est, academia Professore, cui, ut ille ait, *alter ego esse soleat, nouum inde, idque admodum funestum, bellum coortum est, non de polygamia quidem ipsa, in dialogo Warenbergii asserta, sed de dialogi auctore. Nam SAM. PVFENDORFFIUS, lecta Christ. Vigilis epistola, se pro dialogi auctore uenditari, sentiens, indeque famae et existimationi suae timens, in Apologia pro se et libro suo aduersus auctorem libelli famosi, cui titulas, Index Nouitatum, quas Dn. Samuel Pufendorf libro suo de Iure Naturae et Gentium contra orthodoxa fundamenta Londini edidit, quaes primum in Erude Scandica occupat locum, stilo admodum mordaci hanc a se suspiciorum amoliri ausus est. Cuius uerba, sicut ea, quae de origine huius contiouersiae paullo antea dicta sunt, mirifice confirmant, ita, non indigna esse, iudico, quae hoc loco a me repetantur. Antequam, inquit ille, ad ipsum Indicem castigandum accedam, obiter hic uisum fuit, querelam mouere super iniuria, ab duobus altis uiris nomini meo in Germania proximis temporibus illata. De qua ut publice conserter, itidem existimationis meae non parum interefit. Et circa priorem quidem ita se res haberet. Triennium abbine est, cum Holmiae Epistolam super diuortio conscripsit D. Balbafar Menzerus, quam postea, hoc incio, turbidus quidam sacerdos impressam divulgauit. Aliquando post prodit Dialogus de Polygamia, epistolae illi oppositus, sub ficto nomine Sinceri Wabrenberg. Eius Dialogi Pufendorffium esse auctorem, per non paucum Germaniae loca disseminauit uir quidam, non obscurae alias famae, et non insimi subellii, cuius nomen hic apponere per modestiam, et in respectu certi cuiusdam Principis, parco. Quo ipso grauis mibi ab illo iniuria fuit illata, dum apud multos ea res credita non parum sinistrae de me opinonis excitauit. Quamobrem existimationis meae tuendae necessitas, quae optimo cuique maxime curae est, subigit, ut hic publice conserter, Virum istum, dum me auctorem praedieli dialogi sparsum, turpiter fuisse meritum. Vir auctorem iste, ut hoc quasi praeteriens moneam, ex opinione PVFENDORFFII, erat IO. AD. SCHERZERVUS, Theologus*

gus Lipsiensis, qui, ut ipse obseruas, Warenbergium a Io. Ly-
fero differre, sibi persuasum habebat. Idem SCHERZERVS
cum PVFENDORFFIVM in praelationibus Theologicis
subinde pungeret, cumque auctoritate sua perfecisset, ut dog-
mata Pufendorffiana, ex Indice Noutatum Pufendorffianarum
Becmanniano decerpta, rescripto publico reprobarentur, (*) PV-
FENDORFFIVS inde occasionem arripuit, conseribendi ad
SCHERZERVUM epistolam, et de iniuria sibi facta conque-

pag. 26.

B 2 ren-

(*) PVFENDORFFIVS scilicet in Saxonia suos habuit exploratores, per quos ea,
quae de se librisque suis decernerentur, sati cito, nescio tamen, an accurate fatis,
resciuit. Quae Lipsiae et Dresdae acta sunt, ipse in epistola ad Scherzerum com-
memorat, *Tu caput es, inquiens, Facultatis, ad cuius relationem rescriptum Con-
fessorii Dresdenensis anno 1673. d. 16. Iunii emissum est, in qua tuae non possunt non
principuae partes suisse. Et retulerunt hic mihi, qui eo tempore Lipsiae studiorum
gratia agebant, iuuenes fide digni, et qui, ut mandato mibi illudarent, causam non
habebant, Te cumprimit Indici famoso, cum ex panegyri Francfortensi Lipsiam af-
ferretur, non mediocre pretium posuisse. Et cum postea Periliustis Confessorii Praefecto
(quem honoris gratia romino,) te comite, tabernas librarias apud eos inuiseret,
inque meum librum incideret, Te, super Indice ipsum monuisse, adiuncto, librum
meum cupide legi, eoque graue periculum iuuentu imminere. Atque te, Dresdenam reu-
rus, sine dubio in Confilio de ista remicatione iniecit; quae occasio fuit, ut Facultatis
Theologicae apud eos iudicium exquireretur. Eo mandato accepto, Facultas nihil
altius, quam Indicem, transmisit, tanquam qui fallere non posset. Et quanquam
primarius Confessorii Affectus Theologus, vir non minus exquisita eruditio, quam
animi moderatione, insignis, censeret, rem in medio relinquendam; (sic ut ipse ami-
co cuiquam meo Dresdae fassus est,) praevalueret ramen ceteri, ut rescriptum illud
Lipsiam transmitteretur. Vbi patet, Confilium Ecclesiasticum, nulla amplius facta
inquisitione, sententiam Theologorum Lipsienorum arripuisse. Sed Vittembergae etiam
fuisse, qui ad PVFENDORFFIVM perscriberent, quae existimationi eius de-
trimento esse uiderent, inde manifestum est, quod PVFENDORFFIVS in
Dissertatione epistolica, aucto nomine Iohannes Schwartzii, ad Seuerinum VVildschys-
sium prescripta, et Hamburgo anno 1688. edita, commemorat, M. Hartungium, pa-
trem, pro roffis sacris, in errores Pufendorffianos declamitasse, Denique et audio,
inquiete, VVitebergae diaconum quendam male fano capite huic se certaminis obtra-
dere conatum. Nomen non succurrunt; credo Hartungius, an Artunxius, vocabatur.
Qui et palam et cathedra sacra aduersarii nomen, vggario in publicum exemplo, ex-
primere non erubuit. Forte hic fortuna, sed peropportune, in manus incidit epistola
SAM. PVFENDORFFII ad Godofr. Klingerum d. 10. Ian. an. 1676. scripta, et a clariss.
HEVMANNO in *Athis Philos.* edita, qua paulo uberior explicantur, quae tum ad
Indicem Noutatum, tum ad auctorem eius, Nic. Becmannum, spectant. Apparet inde, le-
tiae quae acta sunt, a Klingerio Pufendorffum accepisse, sicut ex alia epistola, ab ESIA
PVFENDORFFIO ad Klingerum scripta, HEVMANNVS obseruat, Adamum
Rechenbergium, quae Lipsiae SCHERZERVS et ALBERTI moliti sunt, SAM.
PVFENDORFFIO per literas nunciasse.*

pl. C.

pl. I.

P. 16.

pag. 647.

pag. 659.

rendi. Verum PVFENDORFFIVS causam suam perorare pergit. Paucis nimirum interiectis, Altera iniuria, inquit, non paullo atrocior uidetur, dum quidam ualde musteus scriptor, qui sibi fictum Christiani Vigilis, Germani, uocabulum indidit, in Dissertatione super Polygamia simultanea, Sincero Warenbergio opposita, aperte me sub isto Warenbergio larizare arguit. Qui licet forte rumorem a priori disseminatum causari uelit, non eo minus tamen calumniae et mendacii est reus, cum baudquicquam fas sit, utcumque audita charris illinere, et publice pro suis afferere. Et eo grauius est, scripto publico, quam priuato sermone, mendacia de aliquo spargere, quo plurium iu manus ista perueniunt. Et non ita multo post. Evidem, inquit, iste Vigil humaniter ualde mecum agere uelle uidetur, dum inuidiosissime encomiis onerat; sed quae facile ipsi potuisse remittere. Pessimum inimicorum genus laudantes, qui palpum obtrudunt, ut eo acrius mordeant. Apage istas uiperino felle aspergas blanditias. Abi, et aliam querum excute, ac uide, num quem inuenire possis, qui abs te ad errorem suum revocandum compellatur. Nam mibi quidem cum Warenbergio nihil commercii est. Et hoc meae humanitati beneficium debe, quod nomen tuum, de quo optime mibi constat, dissimulauerim, ne publice mendacii exprobrationem deglutire cogaris. Haec fere ea sunt, quae PVFENDORFFIVS Christiano Vigili, suspicionem suam de auctore dialogi modeste admodum nec sine reverentiae testificatione indicanti, plenus irae et indignationis, obiecit. Acerbitatem illam, ut facile existimari potest, CHRISTIANVS VIGIL inique ferens, animum denuo ad scribendum appellit, editoque scripto, cuius titulus est, Domini Samuelis Pufendorffii contra ius naturae iniquitas, inque illius scrutinio infelicitas, Germanopolianno 1674, cum rationem fundamentumque suspicionis suae (*) aperit, tum sententiam PVFENDORFFIVS

pag. 3.

(*) Scilicet prouocat VIGIL ad communem famam, quae, Pufendorffum aliquem dialogi auctorem esse, surratabat. Qui ex fratribus esset, ut ait ille, non addebatur. Samuel mibi iam tum dudum notus erat, ex illis, quae anno 1660, publicate luci dederat Iuris naturalis elementis, exque illo, quem eadem fama publica ipsi tribuebat, Monzambano, Maieslati magnatum, et domui praefertim Austriacae, plus, quam id Germano Politico praefertim, et iuris naturalis Doctore, sperari poterat, acerbo. Suppedite deinde VIGIL iudicium SARCMASII de Auctore Elementorum iuris, et ex iisdem Elementis unum itemque alterum locum exercitat,

DORFFII de principio iuris naturalis oppugnat, eoque bellum protrahit magis, quam componit. PVFENDORFFIVS enim ad scriptum hoc CHRISTIANI VIGILIS in Epistola, ad Io. Ad Scherzerum exarata, et Harderuici anno 1674. edita, et, refectis iis, quae in SCHERZERVM aliosque acerbe nimis dicta erant, in Eride Scandica refusa, pristina usus stili acrimonia, responderet. Cui cum obiiceretur C H R I S T I A N I V I G I L I S Christiana Benedictio ad impiam et immamalem maledicentiam Domini Sam. Pufendorffii, quam ille in epistola ad celeberrimum uirum Io. Adam. Scherzerum effutit, Germanopoli anno 1675, PVFENDORFFIVS in Appendix Dissertationum Selectiorum, Vpsaliae anno 1677. editorum, quae itidem in Eride Scandica repetita est, Christiano Vigili more suo peracerbe respondens, pugnandi sinem fecit. Quod enim PVFENDORFFIVS in Appendix illa, optimum Christiano Vigili respondendi genus esse, existimauit, si contemneret eum et siferet, id sibi quoque dictum ratus, CHRIST. VIGIL, tacuit prior. De Gesenio, ut cum CHRIST. THOMASIO in paullo pleniore historia iuris naturalis loquar, ab hoc tempore nihil auditum amplius uel lectum fuit, et si is denum anno 1687. fuerit mortuus. Habemus hic in VIGILE imprudentiae et praecipitantiae, in PVFENDORFFIO excandescientiae animique impotentis, exemplum. Sane GESENIVS, uel, ut audire malebat, CHRIST. VIGIL, rectius fecisset, si, suspicionem suam de auctore dialogi intra se continens, ea in epistola, ad Warenbergium scripta, omisisset, quibus, a PVFENDORFFIO eum profectum esse, insinuaret. In hanc viam ingressus BALTH. MENZERS, neglecto auctore, rem in dialogo pertractatam examinavit, successu adeo felice, ut PVFENDORFFIO quoque se probaret. Sed nec PV-

B 3

FEN-

citat, ubi auctor negat, polygamiam, b. c. consiguum unius maris cum pluribus feminis, legi naturae in se repugnare, eamque lege tantum positius inter Christianos prohibitum esse, contendit, qua re, ait, se in suspicione sua de SAMVBLE PVFENDORFFIO, tanquam auctore dialogi, confirmatum esse. Sed cum meminisset VIGIL, Samuelem Londini Scanorum vivere, controversi: autem de polygamia Holmiae agitari coepisse, eo impellebatur, ut, Esiām, qui non solum in Suecia uiuere, sed etiam in aula Holmiensi a secretioribus literis esse, dicebatur, quemque, eadem fama nunciauerat, opinioni de polygamia iure diuino li-

cita

pag. 77.

p. 87.

p. 608.

pag. 100.

FENDORFFIVS satis habebat caussae, tanta animi asperitate in GESENIVM animaduertendi, cum ad vindicandam existimationem sufficeret, si eadem, qua ultius erat GESENIVS, modestia, se falso pro auctore dialogi haberet, publice significasset, praesertim cum in ipsa quoque Suecia rumor sparsus esset, quod PVFENDORFFIVS polygamiam defensum iret, sicut in *Epistola ad Amicos*, Eridi Scandicae inserta, profiteretur, *Quando primum, inquiens, hic loci bellum contra me movebatur, ut etiam fex uulgi, quae alia non capiebat, materiam garriendi acciperet, spargebatur, a me doceri, debere unum uirum duas habere uxores. Ihsas nugas ad aures Concionatoris primarii, M. Iohannis Ernesti, peruenisse, ex quibusdam uerbis illius colligebam.* Itaque ne optimus uir in eo errore haeret, Secretarium Academiae, qui tunc domo mea utebatur, ad eum misi, ut ex meo libro illi ostenderet, mibi eam sententiam a maleuolis falso affingi. Quod uti amico animo a me fiebat, ita et in bonam partem id iste accepit, et ex eo tempore nullum amplius uerbum ea de re fecit. Quod si eodem tramite incedere uoluisset, in suspicione GESENIO eximenda, quantum litiuum, quantum offensionis, de medio sublatum fuisset? Sed bille adeo abundabat PVFENDORFFIVS, ut, tacente etiam GESENIO, immo inter mortuos quiescente, acceptae iniuriae memor, acerbioribus eum uerbis exagitaret, ut sigillatim *Dissertatio epistolica*, nomine Iosuae Schwarzii ad Seuerinum Wildschyssum scripta, et Hamburgi an. 1688. edita, euidenter docet. Nam scripti huius auctorem PVFENDORFFIVM esse, ipse THOMASIVS in paulo pleniore historia iuris naturalis facetur. Caeterum, quem modo excitaui, THOMASIVS in eodem libro pugnam hanc, magna animorum contentione et initam, et continuatam, pluribus uerbis enarrat, monetque simul, ipsum PVFENDORFFIVM Sincerum Warenbergium pro medico quodum

B. 2.

pag. 125.

pag. 121.

pag. 95.

pag. 63

cita fauere, auctorem dialogi esse, existimaret. *In religissima Suecia, pergit ille, nouum buuc polygamiae assertorum magno munere fungi, audiebam, adeoque pro Christianissimi illius Regni pietate ex fratribus Christianis hoc, utut maxime nocio, errore praeuentum fuisse, putabam, qui in uiam reducendus esset quidem, sed summa cum manuetudine ab iis, qui spiritualiter animatis sunt CHRIST. VIGIL* itaque, alterum e Pufendorfis, si pro auctore ipso dialogi non habuit, saltim Virium illustrem, quem, fama dicitabat, in Suecia polygamiae fautorem esse, opinione ista imbuuisse, suspicabatur,

dam Holmienſi habuisse. Prouocat eam in rem THOMASIVS ad epistolam PVFENDORFFII, quam modo dixi, nomine IOSVAE SCHWARZII ad Seuerinum Wildschyffum scriptam. Euolui eam, et loco a THOMASIO excitato sequentia inueni uerba: *Vnde et recte quondam in furias ibat Frid. Gesenius, quod aduersarius mentiri ipsum dixisset, dum scriptum quoddam de polygamia ipsi attribuerat, cuius tamen auctorem fuisse quendam Holmiae doctorem Medicum, ipse noram.* Induit hac in epistola PVFENDORFFIUS personam Ios. SCHWARZII, quem in Suecia aduersarium expertus erat, et hac larua tectus, et SCHWARZIVM, et aduersarios reliquos, quoquot extiterunt, non sine uerborum acrimonia perstringit. Hoc pacto in uerbis excitatis SCHWARZIVS Gesenium laudat, sed ita, ut facile appareat, eum simul increpari. Nam, Gesenium, *furiis actum*, aduersus Pufendorffium, mendacium exprobrantem, insurrexisse, scribit. Verum, missis his, dispiciendum iam est, quid quantumue huic PVFENDORFFII narrationi de auctore dialogi Warenbergiani tribui possit. PVFENDORFFIUS uerabatur in Suecia, ubi dialogus ille prodierat in lucem. Ipse quoque in suspicionem fuscitatae controuersiae peruenit. Immo scripsit epistolam hanc anno 1688, cum, IO. LYSERVM strenuum polygamiae defensorem esse, inter eruditos satis constaret. Haec licet probabilitatem haud exiguum narrationi Pufendorffiana de auctore dialogi, qui medicus Holmienſis esse dicitur, concilient, tamen a me impe trare non possum, ut, dialogum illum, non a LYSERO, sed ab alio auctore, profectum esse, credam. Reperio in hoc dialogo illa, quae cum ingenio LYSERI, et cum reliquis scriptis, eam in rem editis, examissim conspirant. Polygamia iisdem argumentis asseritur, quae LYSERVVS ad eam stabilendam in medium profert. Incedit quoque Auctor dialogi eadem via, quam LYSERVVS sibi delegit. PVFENDORFFIUS *Er. Scand.* in dialogo hoc Warenbergii genium viri, literas haud professi, sed p. 4. naturali fere iudicio subnixi, deprehendere sibi uisus est. Nec enim multum se effert. Auctor eruditione sua, sed oratione plana et facili, ut in dialogis fieri solet, animi sensa expromit.

At

B. 2. b.

At idem dixeris de scriptis LYSERI, maxime prioribus, quae, dialogorum more elaborata, uel ipsa se simplicitate commendant. Hinc IO. HENR. KVLPISIVS, in Collegio Grotiano, suo iam tempore, LYSERVM, fama nuncia, pro

*Exerc. IV.
ib. 6. p. 36.
pag. 12.
§. 16.*

auctore dialogi huius habitum esse, indicat, *Lyserum*, inquiens, auctorem esse ferunt. Immo ipse THOMASIVS, licet sententiam PVFENDORFFI cognitam perspectamque haberet, tamen in Praefatione libri allegati sine haesitatione pronunciat, fanaticum quandam, nomine *Lyserum*, sub larua Sinceri Warenbergii pro polygamia scripsisse. Eum sequitur IAC. FRID. LUDOVICI in Delineatione Historiae iuris diuini naturalis et positivi uniuersalis, Iohannem *Lyserum*, afferens, epistolam Menzeri sub nomine Sinceri Warenbergii impetriss.

Nec ab illa me opinione dimouentea, quae IO. DICMANNVS in Vindiciis legis monogamicæ de auctore huius dialogi tradit. Plagii crimen LYSERO obiicit DICMANNVS, eum, pronuncians, sua maximam partem e dialogo Warenbergii descriptiss. Idem cum LYSERO, Stadae se inuisenti, coram exprobraret, hic quidem consensionem utriusque scripti agnouit facile, sed, Warenbergium ista a se accepisse, simul contendit, licet is in publicum prodisset prior. Quibus enarratis, IO. DICMANNVS, Bene tibi, inquit, *Lysere*, quod Warenbergius, ut arbitraris, in iuriis esse desir, qui profecto si superaret, banc iniuriam non inultam pateretur, nec tibi quicquam debere ueller. Ego quidem, tam curtam illi supellecitem fuisse, nunquam crediderim, ut, eam ex Lyserianis reculis auctiorem facere necessum haberet. Nec ullus iam tunc in orbe Alzophilus Germanus, sub quo nomine, primum de polygamia ingenii abortum *Lyserus* eiiciens, latitabat, erat, cum Warenbergius hoc idem argumentum aggredieretur. Ex quo non parum *Lyserum* sapuisse, utriusque contentio ad oculum docet. Vides itaque, Vir maxime Reuerende, DICMANNVM Warenbergium non pro ipso *Lysero*, nec pro Pufendorffio, qui illo tempore superstes erat, sed pro alio auctore, eoque fatis suis iam functo, habuisse. Sed tantum abest, ut his DICMANNI uerbis ad sententiam meam dimittendam compellar, ut potius, ea inde, quae de dialogo hoc eiusque auctore paullo antea coniectan-

iectando assicatus sum, mirifice confirmari, credam. Confessio utriusque scripti, fatentibus LYSERO ET DICMANNO, in aprico est. Et licet Warenbergii dialogus de polygamia prius innotesceret, quam, LYSERVM, scriptis sub nomine peregrino editis, eiusdem defensionem suscepisse, cui- quam constaret, LYSERVS tamen, Warenbergii scriptum se expilasse, sine mendacii crimen negare poterat, cum ipse sub larua Warenbergii laterer. Quod autem PVFENDORFFIVS, medicum quendam Holmensem, quod DICMANNVS, alium illustrem virum in Suecia, auctorem dialogi esse, credidit, id inde evenisse, existimo, quod Koenigsmarckius inter Suecos etiam habuit, qui opinioni de polygamia iure diuino licita assentirent. Hinc, cum dialogus ille in Suecia prodiisset, nec obscurum esset, Koenigsmarckium, uel amicos eius, in excludendo eo adiumentum atrulisse, quam facile accidere potuit, ut modo hic, modo ille, in suspicionem dialogi in uulgo editi aduceretur?

Nec mihi hic aduersatur SEVERINVS WALTHERVS SLVTERVS, in libello *de Polygynia*, LYSERO nostro oppo- sito, commemorans, ex ore eiusdem se percepisse, sub no- mine Warenbergii latere Secretarium quendam Comitis a Koe- nigsmarck. Ipse SLVTERI liber iam ad manus non est, ut eum inspicere possim. Sed locum excitat Auctor Bibliothecae Iuris Imperantium, eoque testimonio se impediri, scribit, quo mis- nus LYSERO dialogum hunc vindicet, licet is uulgo pro auctore eius habeatur, Vulgo quidem, inquiens, Ioanni Lysero, Rectori, ni fallor, Sprotensis, hunc laborem tribuunt, quod tamen ut faciam, adduci uix possum. Habes hic geminum Auctoris huius er- rorem. Nec enim LYSERVS Rector, sed Pastor et Inspec- tor, isque non Sprotensis, sed Portensis, fuit. Nec testi- tor, sicut a Secretario Comitis a Koenigsmarck epistolam MENZERI, Holmiae editam, acceperat, ita confutationem eiusdem, in dialogo hoc adornatam, ut typis exsiceretur, ad eundem Secretarium Holmiam transmisit. Ergo Secretario

pag. 63.

pag. 36.

C

huic,

huic, cuius in edendo dialogo nonnullae fuerunt partes, satis commode dialogum tribuere poterat LYSERVUS, licet ipse eum composuisset. Et nonne LYSERVUS, Secretarium Comitis a Koenigsmarck SLVTERO nominans, se ipsum insignire poterat, cum forsitan antea in familia Comitis officio Secretarii perfundetus esset? Habeamus igitur 10. LYSERVM pro auctore dialogi huius de polygamia, donec ab aliis re-
ctiora edoceamur.

Haec tenus de primo scripto LYSERI, ad defendendam polygamiam, sub nomine Sinceri Warenbergii, in Suecia edito, et post ea BALTH. MENZERI opera in Germania recuso. Sequitur, ut ad alterum scriptum progrediamur, idque, si recte memini, a Te plane praetermissum. Est nempe *Discursus inter Polygamum et Monogamum de Polygamia, auctore Alephilo Germano.* Prodiit iam Larine, cum cautione, praefatione, et notis marginalibus Christiani Vigilis, huius epistolae ad Warenbergium subnexus, anno 1673. Repeto hic titulum, qualem inuenio, eoque libentius, quod inde, quae ad indolem et conditionem scripti cognoscendam pertinent, haud obscure perspiciuntur. Conscriptus fuit libellus ab auctore ipso Germanice, quem CHRISTIANVS VIGIL in sermonem Latinum, quamvis non Latine satis, transtulit, et epistolae suae ad Warenbergium, haud ita pridem editae, adiecit. Personae inter se colloquentes sunt *Polygamus* et *Monogamus*, et, quanquam *Monogamus* ea e sacris literis profert, quibus et monogamiam confirmari, et polygamiam oppugnari posse, existimat, immo prouocat quoque ad auctoritatem communemque sententiam ecclesiae, ad interdicta magistratus civilis, et ad incommoda, e polygamia subnascentia, tamen ubique inferior discedit, quippe *Polygamus* ea subinde regerit, quae animum *Monogami* dubium reddunt et anticipent, ita, ut tandem, argumentis *Polygami* confutandis se imparem esse, sentiens, in partes eius descendat. Complebitur dialogus hic, cum ipsa CHRIST. VIGILIS praefatione, non nisi duas plagulas, nec notae, margini adscriptae, quarum mentio sit in titulo, aliquid momenti habent. Qua in re institutum BALTH. MENZERI, in recudendo dia-

dialogo Sinceri Warenbergii, mihi magis probatur, qui, ne
lector inde aliquid caperet detrimenti, subiunctis animadver-
sionibus, exceptiones Warenbergii fortiter profligavit. Num
Discursus Germanicus uere typis expressus sit, pro certo af-
firmare non possum. Ipse VIGIL in Praefatione, dialogum
hunc, prelo iamdum destinatum, ad se peruenisse, scribit. Vnicum e
Dialogo hoc, pace Tua, Vir maxime Reuerende, repetam locum, ut
et exemplum habeas conuersio[n]is Latinae, et, IO. LYSERVM,
intelligas, in defendenda polygamia, subinde audaciorem fa-
ctum esse. In dialogo Sinceri Warenbergii magistratui ciuili
potestas relinquitur, polygamiam, per se licitam, legibus coer-
cendi. Weil einem ieden Mann, inquit auctor, wie vorher erwie-
sen, natürlich frey steht, ein oder mehr Weiber zu nehmen, so bleibt
gleichfalls die Anordnung hiervon in der hohen Obrigkeit Macht, und
in ihrer von Gott habenden Autorität, also, daß sie die Ueberretung
des von ihr bierin geschebenen Verborbs mit höchstem Rechte secun-
dum ius suum straffen und züchtigen kan. At enim uero in al-
tero dialogo, a C H I R I S T . V I G I L E Latine conuerso, magi-
stratum ad concedendam polygamiam obligatum esse, con-
tendit, Cuius, inquiens, Electori, principi, comiti, baroni, imperii no-
bili, iuribus episcopalibus praedito, potestas est, eam pro lubitu intro-
ducendi, quin Dei iurisque ergo tenetur, si modo multa peccata co-
bibere, et ditionem suam pientiorem, populoſorem, alimentisque abun-
dantiorem, efficere cupit, in quibus ternis religionis salus sita est. Si
uerum est, quod hoc loco LYSERV s afferit, magistratum
conscientia et ipso iure diuino teneri, ad potestatem uiris fa-
ciendam, quotquot uelint, uxores ducenti, quomodo is polyga-
miam legibus coercere, et viros, pluribus copulatos uxo-
ribus, suo quodam iure punire potest? Miraberis autem me-
cum, Vir maxime Reuerende, dialogum hunc a PLACCIO, nec
sub uoce Aletbophili, nec sub titulo Vigilis, commemorari.
Nec est, cur de auctore dubites, cum integer dialogus inge-
nium, mores, et sententias, IO. LYSERI spiret, sicut uel ex
unico loco manifestum erit, quo ALETHOPHILVS GERMA-
NVS, necessitatem polygamiae asserturus, Sicur, inquit, homo
dona animi, excellens ingenium, memoriam, eloquentiam, nec non
dona

pag. 56.

B. 4. b.

B. 3. a.

dona fortunae, non inutiliter, sed ut Deo honori, et mundo commodo, cedant, impendere tenetur, sic et ab eodem exigitur, ut dona corporis, in quibus facultas generativa est, non inutiliter, sed, quo id Deus et natura, qui nihil frustra faciunt, requirunt modo, large insument. Cum his uerbis ea, uelim, compares, quae e LYSERI Polygamia Triumphatrice, eiusque thesi secunda, in Diatribe Tua excitasti. Idem hic inuenies, sed aliis uerbis, enunciatum. Acedit, quod IO. DICMANNVS in *Vindiciis legis monogamicæ*, asserit, LYSERVM sub Aletbophili Germani persona in scenam prodiisse, et, ut ipse ait, primum de polygamia abortum eieisse. Primum uocat ingenii Lyseriani de polygamia abortum. Dialogum enim Warenbergii alio uti patre, DICMANNVS sibi persuasum habebat, ut paullo antea dixi. Habemus itaque geminum foetum IO. LYSERI, ad tuendam stabiliendamque polygamiam, sed infeliciter satis, exclusum.

pag. 33.

pag. 199.

pag. 16.

Tertius nunc succedat, isque ab auctore ipso Romano induitus habitu, quo ea, quae in dialogis antea enarratis breuiter strictimque proposuit, maiore adhibita ui, pluribus etiam copiis instrutus, uberius explicare magisque corroborare studet. Est nimurum *Discursus Politicus de Polygamia*, auctore Theophilo Aletbœ, Friburgi, apud Henricum Cunrath anno 1674 in ordine duodecimo formis expressus. Omnem hic LYSERVS mouet lapidem, ut non solum, polygamiam licitam iverboque diuino consentaneam esse, lectoribus persuadeat, sed eam quoque tanquam necessariam et utilem omnibus ac singulis commendet. Habes hic ipsam *Polygamiam Triumphatricem*. Haec enim complectitur *Discursus nostrum Politicum de Polygamia*, sed accessione quadam rerum, ad arcem causae non pertinentium, locupletatum. Comparemus utrumque librum, ut, qua in re conueniant, uel differant, *Discursus* hic et *Polygamia Triumphatrix*, aliquanto proprius contueamur. *Polygamia Triumphatrix* constat thesibus *nonaginta*, *Discursus* noster *Politicus octoginta*. Qui sic? inquis. Scilicet in *Polygamia Triumphatrice* intexit LYSERVS ea, quae a thesi quinta ad decimam quartam usque leguntur, et historiam polygamiae, inde ab antiquissimis temporibus inter-

ter homines usu comprobatae, suppeditauit, eum quidem in finem, ut, eam iure naturae, et communis gentium consensu, niti, demonstraret. His interiectis, reliqua, quae in Discursu nostro Politico occurrunt, eodem ordine iisdemque uerbis se excipiunt, hoc tamen discriminare, ut in Polygamia Triumphatricē nonnulla subinde, quae ad ubiorem rei explicationem et illustrationem faciunt, uel interferantur, uel subiiciantur. Apparet id sigillatim e thesi tricesima quarta Polygamiae Triumphatricis, ubi, uerbis theses XXV. in Discursu nostro Politico repetitis, subiungit quaedam LYSERVUS, e scriptoribus Iudaicis petita, quae faciunt ad historiam Lamechi illustrandam. Similem accessionem inuenio in thesi LXXXIX. Polygamiae Triumphatricis, qua LYSERVUS id agit, ut, inter Christianos quoque antiquioribus temporibus, perinde atque inter reliquas gentes, non omni polygamiae usu homines, maxime illustri dignitate conspicuos, prohibitos fuisse, demonstret, quae iisdem uerbis in thesi LXXVIII. Discursus nostri politici reperiuntur. Verum subiicit LYSERVUS in Polygamia Triumphatrice, quae, e recentioribus itinerum descriptionibus, de polygamia, inter gentes a religione christiana alienas usitata, sedulo collegit, sicuti in thesi LXXXVIII, descriptis repetitisque iis, quae thesi LXXVIII. Discursus nostri Politici continentur, sententiam Lutheri de polygamia Patriarcharum subiungit. Vnicum tamen argumentum, quod ad ipsam causam spectat, in Polygamia Triumphatrice omissum esse, video, sed culpa typographi magis, quam ipsius LYSERI. In Discursu nostro Politico, productis ordine illustratisque argumentis, quae tum in Pentateucho, tum in libris historicis Veteris Testamenti, ad defendendam polygamiam inesse, putat, ad libros Propheticos progressus, primo statim loco exicitur Ies. III. *Ab historicis libris, inquiens, ad propheticos transimus, in quibus obseruamus, quod polygamia a nullo prophetarum, neque maiorum, neque minorum, fuerit taxata, qui tamen alias universa uitia regum et populi sigillatim acerbissime perstrinxerunt. Quin potius primus inter maiores prophetas, regius scilicet uates, Elias cap. 3. nobis regium et egregium pro polygamia suppeditat fundamen-*

§. LXXI.
pag. 78.

C 3

tum,

pag. 466.

rum, dum afferit, quod tanta sit illo tempore futura calamitas, ut se-
pem mulieres, pristinorum peccatorum poenitentia dubiae, deposito
connato quasi πολυγυναῖς odio, sint semel arrepturae unum maritum
et dicturæ: Nos praeposteram Zelotypiam mulierum erga maritos
πολυγυναῖς ualere iubemus, nec communem morem, maritis uolen-
tibus nolentibus, hactenus persuasum et quasi obtrusum, de uestiendis
et nutriendis uxoribus, obseruabimus; nos nobis ipsis uestes et alimen-
ta procurabimus, modo liceat nobis esse tam beatis, ut a tuo nomine
ruae uxores appellemur, et hoc pacto ignominia ἀγαπᾶς a nobis tolla-
rur. Vnde ita possemus argumentari. Quodcumque est signum poeni-
tentiae, illud non est peccatum. Atqui polygynacia, a mulieribus
praeter mulierum consuetudinem uiro uni suppeditata et ueluti obtrusa,
est signum poenitentiae. Ergo polygynacia non est peccatum. Hoc,
inquam, argumentum in Polygamia Triumphantice praetermis-
sum est, non alia de cauſa, quam quod typographus illud in
editione Discursus Politici auctiore, quae anno 1676. prodiit, de
manibus iam elabi oscitantia sua passus erat. Quod ipse L V-
SERVS obseruat, in notis Polygamiae Triumphanticis, Poſ-
uerba, inquiens, Pufendorf. l. 6. de iure N. et G. c. 1. (ita enim
uerba, a typographo disiecta, collocanda erant,) inseri debet,
quod uitio typographi, et inaduententia Correctoris, omissum, dictum
ex Ej. 3. petirum, uti ex uerbi Theophili et connexione appareret, quod
ex principio librorum propheticorum, seu primo propheta Eſaia, ali-
quod suae cauſae momentum monstrauerit. Haec scilicet uerba non
partem notarum constituere, sed, a LY SER O schedulæ
forsan peculiari inscripta, monere debebant typographum
uel correctorem, uerba quaedam in ſuperiore editione Discur-
sus Politici omitta eſſe, et, ne denuo excidant, ſedulo cauen-
dum. Hinc non ſolum locum monſtrat, ubi uerba omitta in
thesi LXXIX. inseri debeant, ſcilicet post uerba Pufendorf. l. 6.
de Iure N. et G. c. 1, ſed etiam docet, ipsum contextum ora-
tionis in theſi illa indicio eſſe, typographum uerba quaedam
praetermisſe. Mentiō enim fit argumenti, in principio pro-
pheticorum librorum pro polygamia ſuppeditati, cuius rei in
uerbis antecedentibus theſeos nihil quicquam inuenitur. Ni-
hilo tamen fecius, quod ſupinam typographi et correctoris
negli-

negligentiam, et ingentem utriusque imperitiam, prodit, uerba,
 ex editione nostra *Discursus Politici* inferenda, denuo omissa
 sunt, et, quae typographus sibi dicta esse, nosse debebat, ea
 ille notis theseos LXXIX. temere et sine omni sensu adiecit.
 Hinc, ab iis, qui *Polygamiam Triumphantricem* possident, aliquam
 me initurum esse gratiam, spero, si locum mutulum et trun-
 carum, uerbis ex editione nostra repetitis, resarcendum curem.
 Verbis nempe, quae paullo antea e *Discursu nostro* recitauit, in
 contextum theseos 79. post uerba, *Pufendorf. de Iure N. et G. I. b. c. 1.*
 suscepitis, non solum orationem plenioram habebis, sed intelli-
 ges quoque, quorsum spectent ea, quae in notis de hoc ipso ua-
 ticingio Iesiae obseruantur, ubi id agit **L Y S E R V S**, ut argu-
 mentum, ex Iesiae petitum, et explicit uberiorius, et ab obie-
 ctione **I O . B R V N S M A N N I**, in *Monogamia Victoriae* propo-
 sita, vindicatum, in tuto ponat. Quo facto, uerba, e notis modo
 a me excitata, deleri debent. Reliqua, ut in editione nostra
 reperiuntur, fideliter et tantum non superstitiose, in *Polygamia*
Triumphatrice repetita sunt, ne iis quidem demitis uel emendatis,
 quae orationi uitium inferunt, ut appareat ex uerbis postremis
 theseos 67. in *Discursu nostro Politico*, quae ita se habent, **Vn-**
de factum, ut nobiliores et ditiones sibi plures uxores asciſcebant, quam
plebeii et pauperes. Mendose hic asciſcebant dici pro asciſcerent,
 uel tironibus Grammatices constat. Sed eodem modo uer-
 ba haec in thesi 76. *Polygamiae Triumphantris* repetuntur,
 quod inspectio docet. Habemus itaque hic geminum *solo-*
cismum, Grammaticum alterum, in regulas *ονταζεως* impin-
 gentem, alterum literarium, inscrita typographi et correcto-
 ris admissum. Caeterum ea, quae ad sententiam **L Y S E R I** de
 polygamia cognoscendam pertinent, e *Discursu Politico*, quem
 in manibus habeo, tam clare patent, ut reliquis scriptis carere
 possint, qui librum hunc possident, cum in illis, quantum ad
 rem ipsam spectat, nihil noui afferat **L Y S E R V S**, sed eadem
 semper et ubique chorda obserret. Sed dedicandi quoque for-
 mulam libro huic praefixit **L Y S E R V S**, non indignam, quae
 hoc loco subiicitur. Scilicet librum hunc sacrum esse cupit
Omnibus Diis terrestribus, seu Magistratibus summis et infimis, et
uni-

pag. 466.

pag. 74.

pag. 442.

unicis polygamias statutoribus, eiusque patronis optimis maximis, cuius consilii rationem suppeditaturus, Non alii certe, inquit, quam Vobis ipsis, in solidum debetur hoc ipsum, quod in multis academis et regnis ex conuersatione cum Illustribus, Reverendis, et Consultissimis, uris bausi, et quod, conscientiae stimulis adactus, diutius occultare non potui, ueritus, ne, si hoc talentum defoderem, maledictionem Dei incurrerem. Vestrum erit, benevolentissimis oculis sine praetudicio aspicere, patrocinio dignissimo contra omnes malevolos tueri, et heroiaco animo eum contractum pure politicum, ad uos solos spectantem, introducere. Facite hoc, et uiuetis nunc et in aeternum. Amen. Sic itaque ad conscientiam prouocat LYSERVS, ut, cauissam hanc serio et ex animo a se agi, testificetur, immo ipsum discursum uocat conscientiarium, et, quod calliditatis et opinonis animo anteceptrae indicium est, coniugium pro contractu mere ciuili habet, ut magistratibus facilius persuadeat, sibi licitum esse, de hac cauilla, perinde ac de reliquis contractibus ciuilibus, quicquid libeat, aut quicquid e re sua fore iudicent, statuere, et auctoritate sua communire. Eum in sinem blande admodum et comiter eos compellat, sed ita, ut in pagina aduersa, seu in prima statim thesi Discursus Politici, blanditiarum oblitus, in magistratus, polygamiam legibus et suppliciis impedientes, acerrime inuehatur, Tantum abest, inquiens, ut (polygamia simultanea uirilis) iuri naturae et gentium, iuri diuinio, ut et iuri ciuili, contrarietur, ut potius cum omnibus exactissime concorderet, adeo, ut non tantum omnes homines insigniter delinquant, sed praecipue Magistratus, cum Politicus, tum Ecclesiasticus, enormiter, et hodie, post tantam lucem, ex hoc discursu omnibus legentibus ortam, inexcusabiliter in omnia iura peccet, qui illam improbare, impugnare, impedire, capitaliter prohibere, uel non omnibus modis promouere, uelit. Bona uerba, quae so, mi Lysere. Quomodo enim haec cum ipsa dedicandi formula conciliabis, in qua coniugium pro contractu pure politico habes? Quo sane admisso, magistratus peccare nequit, tantum abest, ut enormiter uel inexcusabiliter peccare dicendus sit, licet non nisi unius uiri cum una uxore cohabitatem permittat, licet in polygamos grauiter animaduerat, cum omnes largiantur facile, cauissas ciuiles ab arbitrio eius

eius pendere. Vides hic LYSERVUM ἐαυτὸν τιμωροῦμενον, uel
ἀυτοκατάκειτον, quod hominis haeretici proprium esse, Aposto-
lus docet. Tit. III, 11.

Reliqua scripta IO. LYSERI, ad defendandam suadendamque polygamiam edita, praeter Polygamiam Triumphatricem, de qua postremo loco exponam, uti uila a me non sunt, ira, ueniam me facile imperaturum esse, confido, si ea hoc loco a me indicentur magis, quam commemorentur. Prodiit scilicet anno 1676. Politischer Discurs zwischen Polygamo und Monogamo von der Polygamie, oder Vielweiberey, aufgeferzt, und mit mehr als 100. Argumenten erklärbret von I. L. Friburgi, apud Henricum Cunrath anno 1676. in 4to. Ita titulum libri exhibit IO. CHRISTOPH. COLERS in Analectis ad Burch. Gortb. Struuti Introductionem ad notitiam rei literariae, simulque repetit dedicationem, quam singularem merito uocat et ridiculam, ad Deos terrestres seu Magistratus perscriptam, qua LYSERVUS, ad uerba Pauli Act. XIII, 46. respiciens, Magistratibus in primis haec mysteria explicari debere, pronunciat, sed minitatur quoque, iis tantum beneficium spernentibus, ad gentes sibi, seu ad homines solo rationis lumine instructos, abeundum esse. Nec uero confundendus est discursus hic cum illo dialogo, quem latine conuersum CHRIST. VIGIL edidit, ut supra iam obseruauit. Nam licet argumentum, et personae colloquentes, conueniant, tamen et tempore, et nomine auctoris, et numero argumentorum, utrumque dialogum inter se differre, uel ex ipso titulo, appareat. Id tamen negare nolim, LYSERVUM in dialogo, anno 1673. a CHRIST. VIGILE edito, fundamenta praestrixisse, quae molem centum argumentorum pro defendenda polygamia sustinerent. Non autem est, cur numerum tot argumentorum extimescas, cum LYSERVUS, numero magis, quam pondere, certaturus, non solum ex uno arguento, eodemque medio concludendi, plura et diuersa contorqueat argumenta, sed etiam, ut numerum definitum obtineat, argumenta aduersus polyandriam, de qua lis nulla est, intexat, ut IO. DICMANNVS in Vindictis legis D mo-

pag. 17.

pag. 18.

pag. 23.
246.

monogamiae semel iterumque monet. Iudicent hac de re, quibus utrumque dialogum inspiciendi conferendique potestas est.

Eodem anno LYSERVS *Discursus Politicum Latinum*, facta subinde accessione, *Friburgi*, hoc est, *Amstelodami*, ut, sibi fassum esse auctorem ipsum, IO. DICMANNVS in *Præfazione Vindiciarum legis monogamiae* commemorat, in *forma*, quam uocant, *o<a>laua*, (*) recudendum curauit. Hanc, ego, editionem illam esse, credo, secundum quam idem discursus in *Polygania Triumphantice* expressus est, et in qua Typographus uel corrector argumentum primum pro polygamia, e scriptis propheticis petitur, negligentia quadam praetermisit.

Vtrumque librum examini subiecit IO. DICMANNVS, illo tempore Lycei Stadensis Rector. Cum enim IO. LYSERVS, ineunte uere anni 1677. Stadam ingressus, *Discursus Politicus*, Germanice conscripti, exempla larga manu per urbem disseminasset, et multae inde concertationes inter ipsos scholae discipulos existerent, DICMANNVS, officii memor, in feriis Paschalibus eiusdem anni, *breue examen*, quod uocat, scripti Lyseriani discipulis suggestendum duxit. Quod LYSERVS percipiens, DICMANNVM, ut examen secum communicaret, per literas rogauit, cumque DICMANNVS, scripta simul epistola, exemplum examinis, manu exaratum, ei misisset, LYSERVS autem ad examen illud, scripto composito in diuersorio Stadensi, cui signum solis impressum est, respondisset, DICMANNVS, acceptis chartis Lyserianis, *Iteratas Vindicias legis monogamiae* adornauit, immo, LYSERVS falso iactante, DICMANNVM in partes suas pertractum esse, ea, quae intra priuatos parieres in utramque partem disputata erant, typis impressa euulgavit. Hinc liber DICMANNI, a Te quoque allegatus, in lucem prodiit, cuius titulus est, *Vindi-*

cine

pag. 28.
not.

(*) His ipsis iam prelo subiectis, incidi in exemplum editionis huius, haud ita primè, constituta auctione, venditum, et in bibliothecam academicam translatum, et deprehendì, non solum ea omnia, quae in *Discursu Politico Polygamiae Triumphantice* comparent, in hac editione typis iam expressa esse, sed etiam ea, quae ibi negligentia correctoris praetermissa sunt, in eadem editione desiderari.

iae legis monogamicae, Stadae anno 1678, quo libro et *Examen DICMANNI, et LYSERI responsum ad illud, quod examen examinis uocat, et DICMANNI iteratae Vindiciae, comprehenduntur.* Habemus itaque hic nouum scriptum IO. LYSERI, ad defendendam polygamiam compositum, quod, licet ab ipso auctore typorum formis non expreßum nec seorsim editum sit, tamen cum reliquis scriptis IO. LYSERI, tuendae suadendaeque polygamiae inferuentibus, connumerari debet. Scite autem et strenue rem suam agit DICMANNVS, ita, ut obiectiones LYSERI, in utroque *Discursu Politico*, tam Germanico, quam Latino, itemque in *Examine Examinis*, propositas, solide et neruose dispellat, dignus omnino, qui in hac controuersia, una cum BALTH. MENZERI, animaduersoribus, Warenbergii dialogo adiectis, in consilium adhibeatur. Inde etiam intelliges, non satis cauſae esse, cur LYSERVUS foetu isto magnopere se efferat, in *Polygamia Triumphatrice gloriose admodum scribens, Discursum Politicum, inter Monogamum et Polygamum institutum, et centum argumentis scripturariis illustratum, lingua Germanica, Belgica, Anglica, et Suecica, euulgatum esse.* Quin codem loco, ne quid arrogantiae et temeritatis desit, eundem Discursum deinceps a Millegamo Salomone mille rationibus, si opus fuerit, demonstrandum, quasi minitabundus praedicit. Nam meminisse simul oportebat LYSERVUM, hunc ipsum Dialogum non modo solide confutatum, sed etiam in Dania pariter atque in Suecia manu operaque carnificis combustum esse, eiusque auctorem, vinculis atque ignominiosis male mulctatum, inde profugisse. Quae si animo secum, ut fas erat, expendisset, non dubito, futurum fuisse, ut de libro isto aliquanto modestius iudicaret.

Sic itaque ad libros LYSERI, in Dania et Suecia dispersos, transiunctorum fit copia, non nouos illos quidem, nec ab iis, quos iam enarrauimus, diuersos, at nouo tamen habitu titulique circumuestitos. Pertinet huc *Medulla Regia Prouinciarum, ut recte interpretaris nomen Germanicum, das Königliche Marck der Länder.* Rationem nominis in Dialogo, anno 1673, conscripto, et a CHRIST. VIGILE edito, Auctor ipse iam

D 2.

sup.

th. 81.
pag. 526.

pag. 27.

suppeditauit, existimans, permitta introductaque polygamia, seu facta viris copia, plures simul ducendi uxores, magistratus ditionem suam pientorem, ut loqui placuit interpreti Latino, CHRIST. VIGILI, populosorem, alimentisque abundantiores, efficere, in eoque (*) regionis salutem sitam esse. Eandem sententiam inuenio in *Discursu Politico de polygamia*, anno 1674. Friburgi edito, in quo LYSERVS, Principes, monstratis incrementis ditionum suarum, ad introducendam polygamiam excitaturus, Augete, inquit, *Augustissimi Magnates, ditionem uestram hominibus, ecclesiam Christianis, et mitite colonias christianas in remotas gentiles terras.* Sic fiet uoluntas Dei, scut in coelo, ita et in terris, *Nomen Dei maximopere ubique celebrabitur, Regnum Dei gratiae proptius et suavius acceder, Regnum gratiae et gloriae amplificabitur, Regnum irae et inferni decrescat, Panis quoridianus nuncquam uestris subditis deerit.* Sed, eundem esse librum cum *Discursu Politico*, Germanice conscripto, et in Catalogo Bunemanniano thaleros quatuor aestimari, praeeunte reverendo LILIENTHALIO, ipse iam in *Diatrise Tua obseruasti.* Nec mirum est, rarius inueniri librum, hoc titulo insignitum, quem, constat, tanquam Regis Daniae seueritate conquisitum abolitumque esse. Eodem tempore aduersus LYSERVUM librum de *Polygynia* edidit SEVERINVS WALTHERVS SLVTERVS, quem commemorantes Conditoris *Commentariorum de rebus antiquis et novis ad Theologiam pertinentibus*, simul afferunt quaedam, quea ad res LYSERI rectius intelligendas spectant. Lyserus, aiunt illi, bielee sic da-

mals

(*) Compares hic, velim, b. REINBECKIVM in libro de *natura coniugii*, eique repugnante Concupinatu, aduersus CHRIST. THOMASIVM Germanice conscripto, ubi, Concupinatum, omnemque licentiam plures simul habendi uxores, reipublicae detrimentum afferre, euidenter docet. Similem in modum clarissimus VVILLEMBERGIVS, licet id LYSERO assentiatu facile, polygamiam iure diuino non prohibitam esse, tamen, quod ad utilitatem inde percipiendam attinet, eidem in *Præfatis iuris diuinæ contradicit*, *Plane non facio, inquiens, cum illis, qui polygamiam Principibus suadere conantur, ut eam in terris suis introducant, uelut remedium augendæ reipublicæ.* Mibi contrarium persuasum est, et statuo, eam fore potius perniciem et ruinam florentissimarum rerum publicarum. Inno, quod miraris, LYSERVS ipse incommoda polygamia uix curtanda dissimilare nequit.

pag. 39 -

pag. 37 -

mals zu Coppenhagen auf. Severin Walther Schläter war selbiger Zeit
Ibro Königl. Majestät der Königl. Frau Mutter in Dänemark Hof-
Prediger; zu dem kam Lyserus erlichemal, und wolte ihn von seinen
Wahrheiten überzeugen. So hatte ers bey andern am Hofe mehr ge-
macht, und ist kein Wunder, wenn er in dieser Sache bey einigen Ingresaß
gefunden, die vielleicht wünschren, Lyserus möchte Recht haben. Da
nun zwar Herr D. Musæus zu Iena schon 1675. wider Aletheum eine
Disputation drücken lassen, so hatte er doch nicht alles mitgenommen;
deswegen sich Herr D. Schläter genöthiget habe, selbst den die Feder anzu-
setzen. Apparet inde, libro hoc S L V T E R I simul comprehendit,
unde res L Y S E R I , maxime in Dania gestae, illustrari pos-
sint. Eo magis doleo, librum illum, licet quam diligentissime
inuestigatum, oculis manibusque meis sese non obtulisse.

Edictum Regis Daniae de comburendo L Y S E R I libro
in Diatribe Tua repetiſſi. Video, illud anno 1677. die XV.
Martii datum esse. Concludo inde, L Y S E R V M non Stada
in Daniam, ut Tu opinaris, sed, finistra iam fata in Dania ex-
pertum, Stadam peruenisse. Nam, ut D I C M A N N V S in ipso
titulo brevis Examinis conceptis uerbis scribit, L Y S E R V S , in-
eunte uere anni 1677. Stadam ingressus, exempla Discursus Po-
litici Germanici de Polygamia per urbem disseminavit. Idem
confirmant literae ultro citroque missae, et in Vindictis legis
monogamicæ comprehensae, quibus mensē Maium eiusdem
anni, inuenies, subnotatum esse.

Eodem circiter tempore L Y S E R V S , in Holsatiam pro-
feſtus, Chiloniae turbas dedit. Hic unum alterumque e Pro-

D 3

fesso

nequit. Is sane, in notis ad Polygamiam Triumphatricem, cauſam ſuggerens,
quare Adamus plures ducere noluerit uxores, unam Euam, dicit, maritum fedu-
cendo, tantum ei ingeneraffe odiū, ut plura eiusmodi adiutoria diaboli non defi-
deraret. Item alio loco, ideo non opus eſe, ſtatuit, polygamiam prohibere, quod
molefiaſe ipſae ſatis prohibeant, et, niſi quis forte fortuna ad eam perueniat, facile
intermittat. Caeterum, ſicut ueri admodum ſimile eſt, L T S E R V M , hunc titu-
lum discrus Germanici de polygamia in honore Patroni ſui Koenigsmarckii de-
legiſſe, ita inde ſatis tuō colliguntur, Koenigsmarckium eſſe Suecum illum illa-
ſtem, qui polygamiam, tum inter familiares, tum dialogo VVarebergii edito, pro-
uirili defendit. Eodem collineans, quaefupra iam e. S L V T E R I libro de Polygy-
nia commemorau, ubi auctor, L T S E R V M ſibi ſauum eſſe, ſcribit, unum e
Secretariis Koenigsmarckii auctorem dialogi eſſe.

pag. 40.
not.

pag. 39.

pag. 19.

pag. 23.

pag. 17.

fessoribus conuenit, quos cum sibi parum fauentes deprehendisset, eo annis est, ut sententiam suam de polygamia, et Discursum Politicum Germanicum, studiis faceret commendabilem, sed contrario plane euentu. Nam senatus academicus, re cognita, magistratum oppidanum precibus solicitauit, ut LYSERVM, tanquam pestem iuuentutis academicae, urbe excedere iuberet. Quod cum rescisceret LYSERVS, capiti suo timens, fuga se proripuit, ut D. CHRIST. KORT. HOLDVS refert in epistola, qua suspicionem polygamiae in academia Chilonensi defensae (*) depellere studet, Chiloniae anno 1682. euulgata. Affirmat hic KORT HOLDVS, ea, quae de LYSE RO tradidit, ante aliquot annos accidisse. Als vor etlichen Iahren, inquiens, der beruffene Landstreicher und phantastische Weiber-Evangelist, I. L. auch an diesem Ort anlangere, und mit seinem sogenannten Politischen Discurs von der Polygamie sich hweit machen molte, hat der damalige Prorektor und gesammter Senatus academicus aus dem Consistorio an E. E. dazumal eben in curia versammelten Rath biesiger Stadt geschicket, und woblmeynentliche Erinnerung gerban, daß man diesen falschen Apostel, der auch schon bey unsren Studiosis sich zu insinuiren, und seine Ochbinische Principia beyzubringen suchte, aus der Stadt schaffen möchte. Gestalt dann auch die regierende Hochst. Durchlauchtigkeit, unser gnädigster Fürst und Herr, sobald ihr von solchem unbefugten Beginnen dieses schwärmerischen Kopfes etwas wissend worden, die gnädigste Verfügung geßtan, daß dem Thoren unverzüglich das Thor sollte gewiesen werden. Welches denn auch geschehen wäre, da er nicht vorher, als er Unrat vermercker, von selbsten sich aus dem Staube gemacht. Sed ea quoque

pag. 28.

(*) Non licuit mihi librum ipsum oculis usurpare, sed, quae hic affero, diligentiae debet SAM. SCHELVGIGI, qui in libello, cuius titulus est, Reliqua de Polygamia aduersus Themistium, h. e. D. VVillenbergium, semel iterumque ad banc b. KORT THOLDI epistolam prouocat, simulque obseruat, Stephanum Fequetum, apostolam, natione Hungarum, cum academiam Chilonensem infamasset, quasi polygamia in ea publice approbaret, occasionem conscribendae huins epistolae suppeditasse, quae anno 1682. prodit, hoc quidem titulo: Send-Schreiben, überinnen die Gerleunderische Auflage, ob solle auf der Hochfürstlichen Holstein-Kielischen Universität die Polygamie öffentlich gebilligt und behauptet werden, gründlich abgelehnet und hintertrieben wird.

que suppeditat KORTHOLDVS in epistola commemorata, unde suspicari licet, librum, a LYSERO Chiloniam simul alatum, non alium fuisse, quam *Discursum Politicum Germanice conscriptum*. Excitat enim verba quaedam, in ipsa fronte libri reperiunda, quibus auctor eos, qui consilio de polygamia inter Christianos introducenda obsistunt, uerbum Dei repellere, uera que aeterna se indignos iudicare, (*) contendit. Eadem sententias IO. CHRIST. COLERVS e dedicandi formula, *Discursus Politico Germanico* praemissa, repetit, ut paullo antea a medietum.

Güstrouii quae molitus et expertus est LYSERVUS, et ipse in Diatribe Tua indicas, et FRID. THOMAS, in *Analectis Güstrouiensibus*, anno 1706. editis, copiosius explicat, *Iisdem fere temporibus*, inquiens, apparuit hic quidam I. Lyserus, homo uagus, et aliquid monstrosi ales, clarissimis licet parentibus ac maioribus ortus, et ipse aliquando ecclesiastico munere alicubi functus: qui praeter ceteros Güstrouiensibus etiam polygamiam persuadere studebat; idem uero, quod proterue hic multa effutiret, in ius uocatus, et a magistratu examinatus, cum et enormia multa, nec ad praesentem Politiae Christianae statum conuenientia, loqueretur, tandem coram iudicio increpatus, consilium abeundi reportauit, atque ita uix evasit ex infestis plebeculae manibus, sibilo ipsum lapidibusque conseptanis. Ergo Güstrouii quoque omnia tentauit LYSERVUS, ut animos hominum opinione sua de polygamia, et licita, et a Deo mandata, imbueret, licet de libris ibidem sparsis, et de anno, quo Güstrouium peruenit, nihil commemoret auctor. Mihi quidem haud dubium est, ea, quae LYSERVUS Güstrouii perpetius est, non ante annum 1677. contigisse. THOMAS enim, LYSERVUM

Güstro-

pag. 38.

pag. 206.

(*) Audiamus KORTHOLDVM ipsum, ita de hac re scribentem: *Wie könnte doch bööhl mit solebem offenkabren Aufrührir glimpflicher verfahren überden, da in seiner öffentlich gedruckten Schrift er allen Christlichen Obrigkeitten, hohen und niedrigen, geistlichen und weltlichen, ingleichen denen Theologen, und andern über die Polz mit disputirenden Gelehrten, stracks zu Anfang seines Discurses ungeschreut anführdet, und vor der ganzen Welt verbüffet, daß sie, indem sie nichts, seinem Wunsch und Begehrn nach, die Vielüberberey gut hetzen, und selbige geflättten sollen, da Wort Gottes von sich stossen, und sich selbst des ehigen Lebens nicht überth achten, des leidigen Teufels Reich befördern, und Lügen für Wahrheit verkauften; auch zu Ende des Tractats sich bernebenm läßet, daß das Verboth der Vielüberberey gar*

Gästrouio Stadam, et, relicta Stada, in Daniam profectum esse, scribit, Hinc, inquiens, ad Bremenses profectus, Stadae mulierculas quam maxime irritauit, et Ioanni Dicmanno, tum scolae Rektor, postea Superintendenti per Ducatum Bremensem generali, ansam dedit disputandi ac resellendi. Inde ad Septentriones delatus, Haffniae confutatorem inuenit Seuerinum Waltherum Sluterum, qui edidit anno 1677. Dissertationem de Polygynia, germanico idiomate conscriptam. Fallitur hic THOMAS in temporum ratione ordinanda. Ex iis enim, quae modo diximus, manifestum est, LYSERVM, e Dania expulsum, Stadam petuisse. Hinc existimauerim potius, eundem, cum Stadae itemque Chilonii confilia persuadendae polygamiae minus feliciter succederent, in terras Megalopolitanas ingressum, Güstrouii in primis periculum fecisse, quid quantumque in tuenda opinione male fana ualeret.

In Dania itaque et Germania spe sua excidit 10. LYSERVS. Hinc ille in Sueciam delatus, Holmiae merces suas uenales exponere coepit, a sciro nomine Wabrmundi. Excitat enim PLACCVS, in Theatro Scriptorum pseudonymorum, Gottlieb Wabrmundi gewissenhaften Gedaneken vom Ebestande, et scriptum uocat, a 10. LYSERO pro polygamia afferenda editum, sed, auctore inspecante, flammis piaricibus in foro maximo Stockholmie super carnifex die XV. Iulii anno 1679. combustum, teste epistola Jo. Heysgii, postridie eius diei data. Quancum e titulo coniectari licet, liber hic Wahrundi est Discursus Politicus LYSERI, quem in ipso limine editionis, anno 1674. procuratae, discursum conscientiarium appellat.

pag. 614.
n. 289.

gar niemand obligire, ob sie man Gott mehr geborchen soll, als den Menschen; auch darauf also schliesset: „Ich will nichts mehr hinzusetzen, als das Zacharias c. 3. z. sagt: Der Herr schelte dich, du Satan, der Herr schelte dich, Asmodei, der Israel erlöset hat! Amen! Da jemand in der Vielbeiberey betroffen wird, legt man ihm den Kopff vor die Füsse, (wie ich selbst einmahl solch Exempel in der Nachbarstadt gesehen,) und über da öffentlich, so mündlich, als schriftlich, mit solchem Eifer jeder zu bereden sich bemühet, man möge, ja solle, und müsse, bei Weiber neben men, reiset auch so gar, solche Polygamie desto besser zu befördern, als ein neuer Apostel, seit und breit, über Land und Sand, dem sollte man gute Worte darzu geben, und nicht von Meier Hanfen das Vorlagen dürfen.“ En tibi Apostolum, sed nouum illum, et antiquis Apollonis in doctrina de coniugio aduersantem. Conf. Gal. I, 8.

lat. Quo certius itaque constat, scripta LYSERI de polygania semel iterumque flammis subiecta esse, eo magis miror, clarissimum SCHELHORNIVM, in *Amoenitatibus Literariorum*, de libris, publica auctoritate combustis, iterata uice erudite differentem, nullam scriptorum Lyserianorum mentionem fecisse.

Sed uberiorem horum scriptorum enarrationem relinquamus illis, qui suis ea oculis usurpare possunt, et postremo loco de *Polygamia Triumphantice* videamus. Edita illa est cum amplissimis ATHANASII VINCENTII notis, anno 1682. in forma ordinis quarti, Londini Scanorum, ut titulus prae se fert, uel potius Amstelodami, quod elegantia chartae et typorum docet, licet in expurgandis operarum mendis non ea adhibita sit diligentia, qua opus erat in libro, non adeo uili pretio diuendendo. Exemplum huius negligentiae, qua integrum argumentum pro polygamia omisum est, adhibita collataque editione Discursus Politici antiquiore, antea iam suppeditauit. Sed multa alia restant, negligentius tractata. Cuius rei haec subest causa, quod auctor ipse, tum negotiorum multitudine, tum morbo satis diuturno, impeditus, expurgandis mendis manum admouere non potuit, ut ille, ueniam huius rei lectorem rogitans, in Praefatione scribit, *Nil magis in uotis babeo, inquiens, quam ut beneuolus lector, si quae irrepserint παρεπάντα, et si non omnia tam clare et dextre, uti quidem debebatur, explicata sint, humanitati condonet, et, ab homine non esse alienum errare, existimet, atque non tam mibi, quam negotiorum multitudini, atque febri quartanae, qua bacillus laborauit per sex menses, et quod excurrit, ascribat.* Nec difficile est coniectu, quare Londinum Scanorum LYSERVS locum natalem esse uoluerit infasti foetus. In Suecia scripta LYSERI de polygamia, iure diuino licita, primam asperxerunt lucem. In Suecia primos eadem motus excitarunt. Aut me animi mei sensa fallunt, aut coniectando ipsam LYSERI mentem inspicio, qui, Londinum Scanorum libro, Amstelodami excuso, praefigens, sagaciорibus quasi in aurem dicit, scripti, sub nomine Warenbergii in Suecia editi, atque incendiis inde coorti, se auctorem esse.

E

T. VIII.
p. 4^b₃. et
T. IX.
pag. 651.

pag. 21.

esse. Tum *Polygamiae Triumpbatricis* nomen foetui huic de legit, falsa ductus animi persuasione. Opposuerat IO. BRVNSMANNVS scriptis *LYSERI*, ad defendendam polygamiam editis, *Mognamiam Vietricem*. Hunc auctorem sibi in primis confutandum sumpsit *LYSERVS* in *notis*, libro adiectis, utque lectribus persuaderet, BRVNSMANNVM ubique inferiorem discedere, librum ipsum titulo *Polygamiae Triumpbatricis* exornauit, parum memor, dari hostes, triumphatos eos qui-

Colleg. Grot. dem, sed non uictos. Idem mecum sentit IO. HENR. KVLPISIVS, quo iudice, Athanasius Vincentius neuitquam uicit,

Pag. 57. sed, quod aliis tribuit, ante uictoriam cecinit triumphum. Quod

Pag. 178. autem IAC. FRID. LVDOVICI in *Delineatione Iuris naturalis et positivi universalis* existimat, aduersarios *Lyseri*, tantum non omnes, armis stramineis instrutos, et nil nisi per seitatem scolasticam aliasque nugas crepantes, eidem occasionem suppeditasse, sub nomine Athanasii Vincentii *Polygamiam Triumpbatricem* scribendi, et non absque causa de profligari tot inermibus hostibus triumphum canendi, id mihi indicio est, scripta, *LYSERO* opposita, ab eo minus diligenter lecta esse.

Ad conditionem indolemque libri quod spectat, *Discursum Politicum* ille exhibit, eumque antea iam variis accessionibus auctum. Nullam autem hic conspicio dedicandi formulam, cuius rei, quantum ego suspicor, causa non alia est, quam quod *LYSERVS* Deos terrestres, quibus *Discursum Politicum* antea obtulerat, sibi suisque conatus parum fauentes expertus erat, sicut etiam in hac editione *Discursus Politici* in magistratus, polygamiam legibus et suppliciis a finibus suis arcentes, acerrime inuehitur, Ex quo non potest non sequi, inquiens, quod omnes illi, qui reprobant, sufflaminant, et puniunt Polygamiam, foueant doctrinam Satanicam, mendacis plenissimam, hypocriticam, apostatae sint, a uera fide Abramiticam, Jacobitica, Davidica, Salomonea, deuiantes, contra propriam conscientiam, quam omnes gentes ex lumine naturae habent, falsa pro ueris uenditantes, adeoque grauissime et αιωνολογήτως peccantes, quibus uerbis sicut nihil asperius esse potest, ita indignationem illa *LYSERI* propter spretum consilium introducendae polygamiae luculenter admo-

Pag. 526.

tb. 87.

admodum produnt. Sed haec ipsa uerba in editione antiquiore Discursus Politici, anno 1674. procurata, desiderantur.

Praemissam autem inuenio Polygamiae Triumphantrici Praefationem ad lectorum, in qua de praestantia libertatis auctor agit, ita quidem, ut, eius tuendae seruitutisque a uiris sigillatim depellendae cauissa, polygamiam, seu licentiam plures simul ducendi habendique uxores, praeoptandam introducendamque esse, contendat. Scripta est Praefatio non ipsius Theophilii Alethei, tanquam auctoris Discursus Politici, sed *Athanasiu Vincentii*, notarum conditoris nomine, qui ut innuat, Theophilu Aletheo se diuersum esse, Theophilum illum, propter polygamiae defendendae studium, maxime commendat. Sane, inquiens, non possunt satis decantari, aut uerbis saltet, etiam exquisitissimis, exprimi beneficia, quae ministerio Theophilii in omnes, non dicam, Christianos, sed moesulos tantum, fuerint collata. Sed conqueritur quoque de ingratitudine et malitia virorum, qui Theophilum praelaudatum, ut ait, conuicciis proscindere, contumelias onerare, uerbis et factis directe perseguiri, condemnare, omnibus debonestate modis, uitaque indignum iudicare, atque ea propter Magistratus, cum uerbis et Scriptura sacra conuincere non possint, committere satagant, eaque de causa Theophilum tantum non martyris elogio afficit, Salarium, inquiens, idem est ac primorum Christianorum, ut Theodoreus memorat, nempe cruces, persecutions, uiuicuburia, atque plura, si possent, immo, singulari Dei prouidentia factum esse, putat, ut Theophilus contra omnes insultus diaboli illaeus evaserit, et ubique conrra machinationes et uersutias, quas ueritatis hostes et diaboli mancipia ubique struxerint, triumpharit. Hac ipsa autem querimonia, ut hoc uelut in transcursu moneam, tanquam sorex suo se in indicio Athanasius Vincentius prodit. Nam in extrema nota, thesi 90. Discursus politici adiecta, idem sibi tribuit, quod, in Praefatione, Theophilo Aletheo uia ueniente narrat, quippe, manibus ad Deum sublatis, Defende me, inquit, ab omnibus, qui tuam ueritatem scienter et inscienter, direcle et indirecle, sub et obreptitie euertere, et mibi molestias creare, fatagunt; fac etiam, ut in posterum admirandam et inenarrabilem tuam in me protegendo, et ad inuidiam usque hostium ueritatis conser-

pag. 564.

seruando, prouidentiam singularissimam ulterius experiar. Nonne
 uel lippis et luscis hic uidere licet, Athanasium Vincentium
 et Theophilum Aletheum unum eundemque auctorem esse?
 Tum inuehitur Athanasius Vincentius, Praefationis auctor,
 in uiros illos, qui calamum aduersus Theophilum Aletheum
 strinxerant, eosque arrodere magis, quam confutare, ausos esse
 scripta Theophili, glorioius, quam uerius, dicit, immo, alto
 quasi supercilio eos despiciens, *Viri quidem, inquit, in materna*
lingua. audiunt, sed uiri nomine non digni sunt, dum uirilem sexum
omnibus praerogatiis, priuilegiis, praecminentias, spoliant, in seruitu-
tem monogamicam derusum alligant et relinquunt, et sibi ipsis maxi-
ma inde mala conciliant, utque sentiat lector, quos ille uiros in-
tellectos uelit, paucis interiectis, ita fari pergit, Theophrastus
Paracelsus, quatuor genera hominum esse, existimat, quorum quidam
ex terra, ut nos, alii ex aere, alii ex aqua, alii ex igne etiam, nati
essent. Sane illi tres uiri, non uiri, ad reliquas tres sortes hominum
pertinere uidentur. Primus enim in campo, unde nomen fortitus, seu
libero aere, in liberrima republica, si non natus, saltem sustentatus et
salario praeter solitum honoratus fuit. Alter uiri nomine cum viuo,
aut stagno potius, composto gaudet, et prope notissimi fluvii Germaniae,
eiusque candidissimi nomine et re, habitat, et in pistriño scolari defu-
dat. Tertius uir, qui, ab igne eiusque ardore nomen fortitus, inter
silicernia decrepita in frigidissimis fere regionibus uitam degit, et Ho-
spitali uetularum docendo praeceps dicitur. Caecum stipitemque
esse oportet, qui non intelligat, depingi notarique his uerbis
triumuiros, quos aduersarios naectus est Theophilus Aletheus,
Feltmannum nempe, lurisconsultum Groningensem, uirum, a
campo seu aere libero in lingua Germanica nomen habentem,
Dicmannum, Rectorem scholae Stadensis, ad ripam Albis con-
sidentem, et Brunsmannum, Theologum Danum, eumque ab
ardore ignis appellatum. Omnes hi tres uiri, ait ille, aut porius
non uiri, in hoc conuenire uidentur, quod uirilem sexum de gradu de-
turbare, in pistriño monogamico relinquerre, mulierum malitiam et
imperandi pruritum promouere, et omnia mala Christianitati, alias
multis calamitatibus obnoxiae, accersere satagunt. Et sane nil pe-
silentius hoc generu Diabolus excitare potuisset. Vides,
quan-

quantis hic conuiciorum plaustris obruat Praefationis auctor Alethei aduersarios, quos, et nomine et sexu suo indignos, et tantum non ex orco excitatos, ad impedienda polygamiae introducendae studia, prodiiisse, putat. Mirari hic subit, quare auctor praefationis satis habeat, in hos triumuiros unguibus suis inuolare, nec reliquos simul aduersarios eadem animi impotentia deturpet. Nam praeter illos etiam IO. MVS AEV S, BALTH. MENZERVS, et SEVERINVS GVALTERVS SLVTERVS, scriptis seorsim editis, item ABR. CALOVIVS, (*) quem magni elogio dignum iudicat LYSERVVS, in *Systemate*, polygamiam, a LYSERO defensam, data opera oppugnarunt. Sed triumuiri illi fere sunt, quos Athanasius Vincentius in *notis*, *Discursu Politico* subiectis, confutandos sibi, uel potius pungendos, sumvit, reliquis aduersariis, quantum ego suspicor, DAPHNAEI ARCVARII, quocum LYSERO pulchre conuenit, acumini relictis. Hic enim in scripto, ad excusandam defendendamque polygamiam composito, MVS AEV M subinde et MENZERVM notat. Sed ad reliqua Praefationis argumenta progrediamur. Excitat scilicet Athanasius Vincentius *epitaphium*, polygamiae hostibus statuendum, quod in *Diatrībe Tua* etiam

E 3

Tom. XI.
pag. 212.
seq.
pag. 99.

pag. 45.
nos.

(*) Nomino hic eos e Theologis nostris, qui, superflite LT SERO, opinionem eius de polygamia, scriptis in lucem editis, excusserunt. Sigillatim ABR. CALOVIVS controversiam, a LT SERO resuscitatam, data opera pertractat. Vtitur autem editione Discursus Politici Latini antiquiore, anno scilicet 1674. in forma ordinis duodecimi excusa. Nam argumentum LT SERI, ex Ief. III. peritum, quod in recentioribus editionibus negligientia correctoris excidit, et in medium proferit, et suis conuicuum sedibus labefactat. Immo CALOVIVS hoc loco subiicit quedam, quibus illa, quae in *appendice Diatribes de Inspectoribus Pontificibus* de consiliis IO. LT SERI, Pretinum discedendi, et de uocatione eius ad munus Pastoris et Superintendentis Seidenis obseundum, et descriptione urbis Eubenrochii inuenio, penitus confirmantur. Dicitur autem hic LT SERVS Pastor ecclesiae Prettinensis irreputius, et debinc otiduo circiter post Pastor et Superintendentis Seidenis ad tremefacte circiter spatium, mox clanculario discessu, relitto Pastoratu, in Gallia, Germania, et Dania, hinc inde sine lare oberrans. Idem affirmit IO. ANDR. QVENSTEDTIVS Parte quarta *Systematis*, qui non solum IO. LT SERVVM Pastorem et Superintendentem Seidensem vocat, sed etiam subiicit, eum post breve tempus clandestino discessu Pastoratum reliquisse. Vrque autem nosse poterat, que LT SERVS ei Pretini et Seydae molitus est. Nam haec oppidula unum modo alterumque lapidem Vittemberga distant.

pag. 97.
pag. 213.

cap. IV.
qu. 2.p.m.
467.

afferri video, idque, affirmat, ab amico Magni *Viri intimae admissoris* confectum sibiique transmissum esse. Id si uere dicitur, non potest ab ipso LYSERO proficiisci epitaphium illud, quod Tu putas, sed, alium habeat auctorem, necesse est, licet, quod non diffiteor, ingenium LYSERI omnino spiret. Sed potest quoque idem epitaphium, e clarissimi GEBAYERI *Dissertationibus Anthologicis* a Te transcriptum, comparata hac Praefatione, in uno alteroque loco emendari. In principio statim uerba epitaphii ita se habent: *Sub hoc lapide iacet sepultus homo non homo.* Sed uerba posteriora, *non homo*, in Diatribe Tua omittuntur. Similem in modum uerbis, mulierum naturam euebens, quae in medio epitaphio, uti a Te repetitum est, inueniuntur, uerba, *contra naturam*, adiici debent. Sic enim in Praefatione nostra lego, mulierum naturam *contra naturam* euebens. Extat autem aliud epitaphium, tumulo Monogamiae, quam a se prostratum penitus et sepultam esse, LYSERVs falso existimat, inscribendum, quod ille in diuersorio Stadensi *avtorum* exaratum, et refutationi Examinis Dicmanniani subiectum, in notis Polygamiae Triumphantricis, accessione quadam facta, renouauit. Age, communicabo illud, sicut in 10. DICMANNI *Vindictis legis monogamicae* reperitur, ut et ingenii Lyseriani specimen habeas, et uictoriae imaginariae monumentum. Ita autem ille, *Atque sic*, ait, *Monogamia Exclusa penitus sepulta erit, non iterum, ut certo spero, in animis sapientum reuidura, cui ne ultimus honor desit, hoc Epitaphium inscribo:*

Siste, uiator, gradum, paucis Te uolo.

Quaeris, quis hic sepultus sis? Monogamia.

Quaeris, quo Patre nata? Phantaso.

Qua Matre? Agnoea.

Qua nutrice educata? Moria.

Quibus statoribus defensa? Fratribus ignorantiae; et Gynaeccoratumenis.

Quid egit in mundo? Nibil. Risit, lusit, cucurbitas pinxit.

Enixa etiam est, nescio quos, foetus infandos,

Infanticidas, uxoricidas, adulteros, Onanitas,

Sodomitas, aliosque id generis Cyclopas.

Tan-

Tandem debilitata et in nibilum redacta est,
Atque hic sepulta iacer.
Si nihil hic inveneris, Benevolē Letor, ne mireris,
Quia hic sepulta est
MONOGAMIA UTIS.

Quod autem ille, in *notis Polygamiae Triumphantricis*, a se
epitaphio additum esse, scribit, *epigramma illud, DICMANNO*
in *Vindiciis legis Monogamicae teste, serius licet elaboratum, se-*
rius etiam transmissum, epicedii loco esse debebat, sed praepo-
stero ordine, quippe epicedium, honori cadaueris efferendi et
sepeliendi dicatum, epitaphio prius et concipi solet, et col-
locari. Sed has ipsas Veneres Lysorianas depexas dedit
DICMANNVS in *Vindiciis saepius allegatis, cuius rei non*
immemorem esse oportebat ATHANAS. VINCENTIVM
in *notis Polygamiae Triumphantricis.*

pag. 267.

Satis multa de Praefatione Polygamiae Triumphantricis.
Ad librum ipsum quod attinet, complectitur ille *theses Discursus Politici*, ex editione recentiore anni 1676. repetitas. Accesserunt autem *notae amplissimae*, quibus A THANASIVS VINCENTIVS ea, quae in *thesibus* breuiter strictimque exposuit THEOPHILVS A LETHEVS, et explicat uberiorius, et ab obiectib[us] aduersariorum, sigillatim IO. BRVNSMANNI, vindicat, inspersis haud rarois, quae extra oleas uagantur. Notas has, uel saltim partem earum, LYSERVVS composuit in emporio maritimo percelebri, ubi complures bibliopolae reperiebantur, licet nullus eorum SAM. PUFENDORFFII librum de *Iure Naturae et Gentium* haberet, ut ipse in *notis* his conqueritur, *Eiusdem sententiae, inquiens, est Politicus acutissimus Dn. Sam. Pufendorf. in libro accuratissimo de Iure Naturae et Gentium, suepissime a Theophilo citato, qui nunc non ad manus, nec in hoc celeberrimo maritimo emporio, ubi plus quam 50 bibliopolae, haberet potest.* Per temporis angustiam mihi non licuit, singulas notas uel animaduersiones perlustrare. Obseruavi tamen, tanquam praeteriens, unum alterumque, quod pertinet ad historiam vita IO. LYSERI illustrandam. *Danhauerum ille nominat praeceptorem et hospitem olim suum, nunquam sine praefatione laudis*

pag. 25.

pag. 520.

dis nominandum. Inde colligo, LYSERVUM in academia A-

gentoratensi quoque literarum studiis operam dedisse, ibi-

que Danhaueri informatione et coniectu usum esse. Im-

mo, ut ingrati hospitis et discipuli notam effugiat LYS-

E R V S, Danhauerum alio loco uocat Theologum iudiciosissimum et

consummatissimum, cuius sententiam pluris aestimet, quam omnes An-

ti Polygamos, quanquam hac ipsa in re erga paeceptorem et

hospitem se uel maxime ingratum demonstret. Nam Dan-

hauerum omnibus Anti-Polygamis opponendo, quid aliud con-

sequitur, quam ut eum, Anti Polygamorum numero exem-

tum, polygamiae patronum constituat, quam ille, cum in aliis

*libris, tum in *Collegio Decalogico*, strenue oppugnauit. Nouum*

sane et insolens pietatis genus erga hospitem et paeceptorem.

Sed excitat quoque LYSERVS dissertationes IO. ANDR.

BOSII de Meteoris Heliacis, eumque uocat *Philologum inaefti-*

mabilem, et desideratissimum olim suum contubernalem. Ergo uel

in schola Portensi, uel in academia, Bosium ille habuit comi-

tem sociumque studiorum. In iisdem notis relatum lego,

LYSERVM possedit scripta illa, quae ad digamiam Phi-

lli, Landgrafi Hassiae, pertinent, e bibliotheca D Steuberi,

Theologi Hassiaci, secum communicata, et propediem, ut ipse

ait, in uulgas edenda. Atqui DAPHNAEVS ARCVARIVS

scripta haec in libro de *Polygamia et diuortio*, anno 1679.

edito, iam euulgarat. Putasne, LYSERVUM, libros, institu-

to suo inferuientes, tanto conquirentem studio, tantaque affi-

ditate bibliothecas et publicas et priuatas perreptantem, id

latere potuisse? Nihilo secius ne minimum quidem huius

rei uestigium in *Polygamia Triumpbatrice*, anno 1682, impref-

fa, appetet. Id mihi indicio est, complures notas, libro huic

subiectas, ante aliquot iam annos compositas fuisse, sicut DIC-

MANNVS quoque, Te ipso in *Diatribae Tua monitorie, memo-*

rat, LYSERVUM, anno 1677. secum Stadae conuersantem,

uagrande istud *notarum opus* minitatum esse. Nec tamen cre-

derim, DAPHNAEVM ARCVARIVM, licet omnino

LYSERI uitulo arauerit, scripta haec a LYSERO accepisse,

ea quidem de causa, quod nomina Theologorum, literis

Latini

pag. 497.

pag. 772.

pag. 520.

pag. 555.

pag. 28.

not.

Latinis, ad Landgrafium scriptis, apposita, non omni ex parte inter se conueniunt, quippe exemplar, ARCVARII libro subiunctum, exhibit nomina Mart. Lutheri, Phl. Melan. pag. 239.
 cbrbonis, Mart. Buceri, Antonii Coruini, Adam F. Iohannis Leningi,
 Iusti Wintheri, et Dionysii Melandri, cum contra ea LYSERVS
 testetur, literis his subscriptiss Mart. Lutherum, Phl. Melanchtho pag. 555.
 nem, Mart. Bucerum, Iustum Menium, Iohannem Leningum, Bal-
 thasarem Rbaudium, Dionys. Melandrum, aliosque. Sed adeas, ue-
 lim, illustrem SECKENDORFIVM in Historia Lutheranissimi,
 qui de literis his, et de omni hac caussa, inspettis Actis Vi-
 nariensisibus, candide non magis quam accurate exponit. Nec
 Tuae Te poenitebit industriae, si una comparaueris ea, quae
 b. IOACH. WEICKHMANNS in Inſtitia Canſſae aduer- pag. 127. 14.
 sus clarissimum Willenbergium subministrat.

Ad finem Polygamiae Triumphantricis ut tandem deueniamus, calci operis subiecit LYSERVS theses Lutheri de di-
 gamia Episcoporum, quas antea iam promiserat, easque e Tomo
 primo Vittembergensi, ut ait ille, repetitas, non alio quidem consi-
 lio, quam ut imperitis persuaderet, LV THERVM idem se-
 cum in hac cauffa statuisse. Eam in rem suas ubique notas
 margini allinit, quibus sententiam LV THERI non explicat,
 sed obcurat, et in nequiorem sensum detorquet. Inuenio
 autem has LV THERI theses, non in Tomo primo Vittem-
 bergensi, quod ille ait, licet nullam folii mentionem adiiciat,
 sed in Tomo primo Latino Ienensi. Nec thesis 83. Discursus Po- fol. 496.
 litici est, in qua, Disputationem hanc se exhibitorum esse, pro-
 miserat ATHANASIVS VINCENTIVS, sed thesis 87. eius-
 que nota tercia, ubi haec uerba leguntur, Hoc egregie deducit pag. 536.
 in aureo suo Tractatu de Digamia Episcoporum noſter Martinus Lu-
 therus; qui cum fuerit praeceptor in Episcopo ἀντερογάμῳ (ita enim
 legendum puto pro ἀνθερα γάμῳ, quod Polygamia Trium-
 phatrix habet. Respicit autem sine dubio in libellum CORNEL.
 HASAEI de Episcopo ἀντερογάμῳ, Bremae editum) cum ta-
 men in huius dicti explicatione utramque facit paginam, placet, in fine
 Annotationum in hunc Theopibili discursum, integrum apponere, ut in-
 de benevolus lector non tantum genuinum huius dicti sensum capere,
 F sed

sed et incomparabilis viri mentem exacte nat' autoſtac percipere pos-
it. Habes hic geminum negligentiae in opere hoc excu-
dendo documentum. Habes quoque exemplum interpre-
tationis callidae, sed malitiosae. Excitat locum hunc L Y-
SERVS, ut ostendat, in uerbis Apostoli, quibus episcopum
uult unius uxoris esse uirum, (*) nihil quicquam inesse, unde,
polygamiam simultaneam inter Christianos exosam fuisse,
demonstrari possit. L V T H E R V M hic nobis obiicit, diga-
miam Episcoporum defendantem. Atqui uox digamiae am-
bigue dicitur, nec L V T H E R V S ea unquam usus fuisset, nisi
aduersarius, quocum dimicat, eam adhibuisset prior. Audia-
mus ipsum. *Quid multis?* inquit. Nullius gentis aut linguae uo-
digamus dicitur, qui plures successive uxores seu uidua duxerit. Sed
natura uocabuli Digamus tantum dicitur, qui simul plures uxores ha-
buerit. Qualis fuit Lamech ille Gen. 4. Abram quoque et Iacob,
non tantum sacerdotes, sed et Cbristi, et prophetae Dei appellati. Lo-
goma-

(*) Verba haec Apostoli 1 Tim. III, 2, geminam admittunt interpretationem. Sunt,
qui, ea polygamiae simultaneae, sunt quoque, qui, ea polygamiae successivae seu
nuptiis secundis, opponi, putant. Priori sententiam sequitur L V T H E R V S in
thesibus a LT SERO excitatus. Posteriorem aduersarius eius, quo cum disputat,
item H V GO GRO TIVS in notis ad h.l. aliique, praecoptandam esse, con-
tendunt, duplice potissimum nixi arguento. Vnuus est, quod, polygamiam si-
multaneam, negant, ulla in Christiano tolerari esse. Alterum, quod Apostolus
praecepit, ad ministerium ecclesiae allegandam esse uidiua, quae fuerint antea éros
aiðpos γυν. 1. Tim. V, 9. Atqui unius uiri uxor opponi nequit illis, quae plu-
res simul habeant uiros. Nam eiusmodi polygamia vel ipso iure naturae prohibita
esse non immerito censetur. Ergo uidua, γεγονης ἔρος αἰδός γυν., notat
eas, quae per omnem uitam actatem unicum habuit maritum, nec, eo mortuo, alteri
nupsit. Quodsi autem secundae nuptiae mulieres a ministerio ecclesiae publico
excluserunt, multo magis eadem nuptiae indignos reddiderunt uiros, qui regun-
dae ecclesiae praeficerentur. Sic disputant illi, qui, episcopos uerbis his Apostoli
secundrum usu nuptiarum arceri, putant. Quæris ex me, utri sententiae calcu-
lum adiiciam meum. Ego quidem, sententiam L V T H E R I amplexus, uerba
Apostoli de unius uxoris uiro polygamiae simultaneae, quam uocant, opposita esse,
credo, sed non craffori illi, qua unus uir cum pluribus uxoribus simul rem habet,
sed subtiliori, qua ille quoque negatur, unius uxoris uir esse, qui, dimissa repudia-
taque altera, alteram sibi matrimonio iunxit. conf. Matth. XIX, 9. Talia diuor-
cia, maxime inter Iudeos, admodum frequentia erant, et complices dabantur
mariti, qui, reieciis prioribus uxoribus, aliam sibi delegerant uxorem. Hi sicut in-
ter Iudeos, ita se gerendo, iure suo uebantur, ita, ad Christianos transgressi, tote-
rati

gomachia igitur et profana Papistarum cenobonia est, digamum de-
pravato vocabulo dici, qui unius secundae, aut uiduae, aut corruptae,
maritus est. Nec uero obscurum est, auctorem conclusionum,
quem LVTHERVS oppugnat, episcopum digamum uo-
care, qui secundam dicit uxorem, uel secundas nuptias eligit, ut
ipse ait in conclusione tertia et decima octaua. Hoc sensu
acceptam digamiam Episcopi LVTHERVS tuerit, mini-
me autem polyganiae simultaneae parrocinium suscipit, quam
potius in eadem disputatione reprobat, Casitatem, inquiens,
hic requiri, non ceremonialem, sed monogamicam, hoc est, eam,
qua episcopus suam, eamque unam, habeat uxorem, non di-
uersas, nec alienas, immo LVTHERVS submonet, Paullum de
industria dicere maluisse, Episcopus uir unius uxoris sit, quam sic,
Ne sit adulter, scortator, aut immundus, ut scilicet constarer, non
de singularitate coniugii aut nuptiarum, sed de singularitate mu-
lieris seu uxoris, sermonem esse. Ergo LVTHERVS temere,

tb. 17. seq.

t b. 32.

nec

rari debebant, ea tamen lege et cautione, ut ad ministerium ecclesiasticum ne ad-
mouerentur. Idem sentiendum de mulieribus, quae, repudium passae, alteri viro
suau obstrinxerant fidem. Eiusmodi matrimonia sicut non omni carebant macu-
la, ita, e sententia Apostolorum, non quidem communione christiana, sed dignata
tamen ecclesiastica, viros pariter aque feminas excludebant. *Quid enim? licet*
mihi uerba GEORG. CALIXTI ex eruditissimo libro de Coniugio Clericorum
repetere, num si quis uni repudiatione missit, et aliam duxisset, postea Christi fi-
*dem amplexus, posteriore, quam haberet, repudiare, et priorem, quam altera ha-
beret, reuecatur debuit?* Ita sane effectum fuisset, ut malum non tolleretur, sed au-
geretur, et remedio diuertiri, quod tamen factum infestum fieri nequebat, diuertita
multiplicarentur. Duo enim matrimonia denuo dissoluti oportuerunt: quod et publico
ce ingens scandalum excitat, et priuatum quietem nehementer perturbasset.
Quamobrem satius erat, conuersos in matrimonii, cum quibus ad Christum uene-
rant, relinquare, quam medicinam, quae morbo pernicioſo effet, adhibere. Ta-
les itaque bigami et polygam, quamvis a profissione fidei et religionis Christianae
non prohiberintur, et in coetibus fidelium tolerarentur, ad sacram tamen ministe-
rium, quod omni criminis et scandalo uacare oportet, admitti non debuerunt. *Hoc*
est, quod dicit Apostolus, VNIVS VXORIS MARITVM. Ad polygamiam
autem successuum hoc loco non respicendum esse, vel inde patet, quod nuptiae
secundae nullibi in facis literis pro inhonelli vel indecoris habentur, quodque in
ecclasia antiquiore complures dabantur episcopi digami, ipso TERTVLLIA-
NO teste. Conferas, uelim, IAC. GVSETTII Vesperas Groninganas, ubi
eadem sententia paullo uberiori asseritur, ita quidem, ut doctissimus Auctor, e
GEORG. CALIXTI libro de Coniugio Clericorum sua le irrigasse prata, inge-
nue nec sine grati animi significazione profiteatur.

Pag. 32.

pag. 127.

pag. 158.

nec sine insigni uerborum deprauatione, in subsidium uocatur. Quod cum ipsa doceat inspeccio, non opus est, ut huic rei ulterius immoremur. ROBERT. BELLARMINVM, iisdem thesibus LVTHERI abutentem, MICH. SIRICIVS iam confutauit. Quod autem D. PFAFFIVS in *Introductio in Historiam Theologiae literariam* tradit, recusum esse Discursus Politicus de polygamia cum notis Athanasi Vincentii, et epistola H. G. Masii ad Petrum Alix, in qua memoretur, Lyserum bunc, ad incitas et paupertatem redactum, inter Versalias et Lutetiam mortuum fuisse, ultimis eiusdem assistente Maso, in eo fallitur vir doctus, seque, cum ista scriberet, librum ipsum non in pexisse, prodit.

Vxor una
p. 34. seq.
pag. 381.

an 1715.
pag 80.

Qui Polygamiam Triumphatricem, notasque subiectas, data opera confutauerit, praeter IO. MEYERVM, Theologum Batauum, in *Vxore Christiana*, Amstelodami anno 1688, edita cum ATHANASIO VINCENTIO in notis Polygamiae Triumphatricis, tum DAPHNAEO ARCVARIO in libro *de Coniugio, Adulterio, et Diuortio*, obuiam euntem, non occurrit. Nec opus erat noua confutatione, cum nihil noui afferat LYSERVS in hoc libro, sed cramben bis coetam, multo cum lectoris taedio, apponat. IO. BRVNSMANNVS tamen, quem praecepit ceteros acerbe perstringit LYSERVS in notis Polygamiae Triumphatricis, eum mox Viatorum Viopicum, mox Viatorem Cretensem, mox Viatorem Ouidianum, per conuicium appellans, Monogamiae Viaticis, aduersus LYSERVM anno 1679. Francofurti editae, Vindicias adornauit, calamo eas quidem exaracas, sed, quantum mihi constat, typis non expressas. Illius rei cauillam ipse suppeditat BRVNSMANNVS, in epistola ad Io. Guil. Baierum, Theologum Ienensem, Hassiae anno 1684. pridie Natalium Seruatoris conscripta, et a Conditoribus rerum antiquarum et nouarum, ad Theologiam pertinentium, repetita, *Ad oppositam, inquiens, Monogamiae Polygamiam triumphatricem iamdudum alio respondi scripto, quod uocauit Polygamiam Triumphantam, in qua etiam per traictauit controversias de uxore frarris et uxoris sorore non ducendis, Gerardo et communis sententia.*

Sententia contra quosdam secus sentientes vindicato. Sed qui suis sumtibus imprimi curet, Hafniae inueni neminem.

Scriptorum itaque, a IO. LYSERO ad ornandam suadendamque polygamiam editorum, paulo uberiorem, et, quantum fieri potuit, accuratam, enarrationem suppeditauit. Sequitur, ut de *caussis* seu *fontibus* opinionis insanae, tanto studio, tantilque molestii deuoratis, defensae, circumspiciamus.

L Y S E R V s ipse subinde ad conscientiam prouocat, *Ingenue fateor, inquiens, me infallibili scientia, et binc orta conscientia, tam esse confirmatum, ut polygamiae acquitatem et iustitiam ad uitae finem defendam.* Et ne quis serupulus lectori reliquus sit, rem ita se habere, interposito quasi sacramento, confirmat, quippe, oratione ad Deum conuersa, *Domine Deus, inquit, qui es scrutator cordium, tu bene nosti, quod hoc ipso nil aliud quaeram, quam ut sanctissimum tuum nomen non amplius tam perdite profanetur, peccata minuantur, uera uita christiana introducatur, et tu, o sanctissime Iesu, non denuo delictis nostris crucifigaris, miseraque plebs sceleratissime seducatur, et in delictis relinquatur.* Te tanquam testem et scrutatorem conscientiae meae appello atque produco, quod nil aliud intendam, quam gloriam nominis Tui aeternam, et salutem ecclesiae atque animarum. Cui quidem obtestationi robur quoddam, uel potius speciem quandam, conciliat, cum uita L Y S E R I , quam caelebs transigit et sine ulla libidinis uel nota, uel suspitione, tum egestas, quam, munere deiectus, opibusque destitutus, sustinuit, et uaria fortuna, quacum ad extremum usque halicum conflictatus est. Et profecto mihi, ad excusandum, quam accusandum, multo propensiiori, nihil gratius, nihil optabilius, evenire posset, quam si in scriptis L Y S E R I , de hac caussa editis, ea deprehenderem uestigia, quae, eum culpac expertem esse, comprobarent. Sed datur etiam conscientia erronea, secundum quam agendo aequa peccas, atque si, eidem quod aduersum sit, admittas, nisi error ita sit comparatus, ut nulla perspicacia, nullo consilio, euelli et evitari possit. Hinc conscientiae praerextu qui satis recti esse cupiant, id in primis dent operam, necesse est, ut et scientiam suam, qua nititur conscientia, et aliorum, quorum doctrina

er virtute se superari credunt, iudicia quam diligentissime explorant. Id si minus diligenter a te factum esse, temias, nunquam satis tuto in conscientia tua acquiesces. Et nonne haud raro, quod temeritatis et confidentiae est, conscientiam appellamus? Faciamus nunc periculum in excutienda conscientia LYSERI. Scientiam ille quidem sibi attribuit, quae falli nesciat, *infallibili* se, pronuncians, *scientia*, et, quae inde oriri solet, *conscientia*, in opinione de polygamia, non solum licita, sed etiam iure diuino pracepta, confirmatum esse. Sed quam facili opera nosse poterat LYSERVUS, hac ipsa persuasione de scientia sua se falli? Num scripta aduersariorum cum cura quadam perlustravit? Num argumenta eorum, ea, qua fieri debuit, animi attentione, expendit? Num monitori se facilem praebuit et obsequenter? Mihi sane non difficile est ad demonstrandum, LYSERVUM eam, qua opus erat, diligentiam in legendis ponderandisque aduersariorum scriptis non adhibuisse. Vedit omnino et legit scripta illa, quod tum e *Praestatione*, tum e *notis*, *Polygamiae Triumphantrici*, appareat. In his enim subinde ad argumenta sibi opposita respondere audet, sed ira, ut, omissis argumentis fortioribus, ad imbecilliora et tantum non obtusa, ingenii aciem conuertat. Quod ipsum ut unico exemplo pateat, in *notis*, thesi secundae Polygamiae Triumphantricis subiectis, id sedulo agit LYSERVUS, ut aduersus MICH. SIRICIVM, Theologum Gießensem, evincatur, polygamiam, seu licentiam plures simul ducendi habendique uxores, minime repugnare iuri naturae. Id enim affirmauerat SIRICIVS, in libro, cui titulum fecit, *Vxor una, ex iure naturae, et diuino, moribus antiquis, et constitutionibus imperatorum et regum, eruta, et contra insultus impugnantium defensa, Gießae Hassorum anno 1669.* (*) In hunc auctorem irruit LYSERVUS, et,

(*) SIRICIVS in ipsa *Dedicatione* scribit, se, occasione quadam motum, ad librum hunc elaborandum accessisse. Sed, quis quidue occasionem suppeditauerit, non expонit. Editus liber est anno 1669. Eodem circiter tempore et LTSERVS, et Baro Sucus, in regione ita commorabantur. Vterque polygamiam defendebat. Inuenio etiam in capite quarto libri, quo ea, quae pro polygamia confirmanda obici solent, confutantur, argumenta eadem, quibus LTSERVS postea in scriptis suis ad tuendam polygamiam usus est. Hinc probabilitates admodum concludo, sermones

et, confutata sententia ista, caussam suam sartam teftamque esse, putat. Sed missam iam fecerat sententiam hanc IO.
DICMANNVS, in *Vindiciis legis monogamicæ*, sapienter mo-
nens, in hac controuersia non ad ius naturae, sed ad *ius pos-
tituum uniuersale*, respiciendum esse, quod ratione obligatio-
nis aequo late patet, atque ius naturae. Quod licet **LYSE-
R** o non omnino ignotum esset, nam ipse excitat Autorem
Polygynias, h. e. **SLVTERVM**, pluribus uerbis comproban-
tem, Polygamiam non esse contra ius naturae, licet etiam dis-
crimen inter ius diuinum naturale et positivum probe calle-
ret, sicut e notis theseos XV. haud obscure perspicitur, tamen
confutandis argumentis **SIRICII** multum impedit ope-
rae, eoque ipso caussæ suæ præsidium non contemnendum
se obtinere, sperat. Nec inuenies in notis istis, unde is ius po-
sitivum uniuersale infringat. Quin nec eorum rationem ha-
buit **LYSERVS**, quae **MENZERVS** et **DICMANNVS**
obiecerant, quod mihi indicio est, **LYSERVM** aut scripta il-
la non diligenter satis expendisse, aut, oppugnandis iis se im-
parem esse, sentientem, aliis hanc operam relinquere, quam ma-
le inepteque respondendo conscientiam erroneam et vulnera-
tam prodere, maluisse. Deinde nec intentio, nec continentia
uitæ, nec perpeccio malorum, conscientiam **LYSERI** redde-
re poterat tranquillam. Sola enim intentio actionem non effi-
cit bonam. Et licet haud aegre concesserim, **LYSERVM** li-
bidinis criminis et suspicione immunem fuisse, tamen hac ipsa
opinione de polygamia necessaria, et omnibus ac singulis con-
cedenda, libidini fenestram patefecit. Immo ne haec quidem
LYSERI abstinentia in uitribus eius ponи potest, si uerum
est, quod in *Districe Tua obferuari memini*, eum propter im-
becillitatem corporis exercenda eueneri parum idoneum fuisse,

Huius

mones Baronis Sueci, de quibus Francofurti et Hanouiae inter eruditos concerta-
tio extitit, occasionem **SIRICIO** dedisse librum illum conscribendi, sicut etiam
idem liber uulgo iis annumerari solet, qui aduersus **LYSERVM** prodierunt, li-
cet eo tempore nihil quicquam de scriptis **LTSERI**, ad hanc caussam pertinen-
tibus, typis expreßum esset. Acrius quoque inuenitur **LYSERVS** in notis Poly-
gamia *Triumphatricis* in *Strictum* eisque librum. Autorem uocat *Defensorum*
Vnius, et, unicae portius dicendum fuisse, monet.

pag. 4.

pag. 17. et

pag. 94.

pag. 99.

pag. 23.

pag. 17.

Huius rei indicium in ipsa *Polygamia Triumphantice* extat admodum luculentum. Tantam ille propagandi generis humani, et talenti, natura concredi, bene collocandi, necessitatem sibi fingit, ut, modo vires suppetant, abstinentia uiri a ducenda uxore nullo modo excusari possit. Excitat eam in rem di-
 th. 75.
 pag. 407.
 Etum Talmudicum, quod ita se habet: *Nemo est hominum, qui non obligatur ad uxorem ducendam, ut crescat et multiplicetur genus humanum.* Etiam et quicunque *Israelita*, (*modo uir reuera fuerit*) liberis operam non der, est uelut homicida. *Quin et similitudinem,* (*qua creatus est homo,*) minuit, atque in causa est, ut *Mateias* diuina seu *Spiritus Sanctus* recedat ab *Iudeo*. Hanc ille sententiam suo approbat calculo, *Ita similiter, inquiens, et nos statuimus cum Rabbini,* praeceptum illud de multiplicando ad omnes homines seu uniuersos *Noachidas* pertinere. Immo disciplinam sequitur *LYSERVS*, Talmudica multo feueriorem. Rabbinii, necessitatem implendi obseruandique mandati de multiplicando genere humano viris imponentes, eos excipiebant, qui assiduo legis studio operam darent, acriori ceteroquin libidinis stimulo immunes. Sed *LYSERVS* loco antea excitato insuper addit, ne propter legis quidem studium, aut regnum Dei, ut Christus ait, *Math. XIX, 12.* licere cuiquam se castrare. Si obiicias uerba Christi, *castrationem propter regnum Dei tanquam licitam* commemorantis, in promtu *LYSERO* est responsio, Christum castrationem huius generis *recensere tantum, minime autem approbare.* Id licet temere et profane satis a *LYSERO* dictum sit, cum hac ratione Christus ipse, propter neglectam legem de multiplicando genere humano, in suspicionem criminis incurrat, tamen apparet inde, *LYSERVM* non uirtutis studio a re uenerea abstinuisse, quippe nullam ille uiri, ad coeundum idonei, abstinentiam iustum esse, censet, sed ipsa natura, et imbecillitate corporis impedimentum esse, quo minus ad mulieres animum appelleret, aut, si natura eius sufficeret huic rei, eum, a coniugio se abstrahentem, conscientiam uiolasse. Ergo abstinentia *LYSERI* nec caussam eius adiuuat, nec conscientiam leuat. Ad aerumnas denique uitae et ad molestias bene multis, quas *LYSERVS* propter poly-

polygamiae introducendae studium tolerauit, quod attineret, ne illae quidem ullum conscientiae praesidium parant. AVGUSTINO enim iudice, non poena facit martyrem, sed cauſa. Et nonne dantur etiam martyres diaboli, de quibus alio loco (*) a me dictum? Nobis igitur, in causas polygamiae, a LYSEERO tam effectim defensae, inquirentibus, nihil reliquum est, nisi ut Tecum statuamus, opinionem hanc, a Koenigsmarckio, uel quicunque tandem ex illustribus Suecis fuerit

(*) Respicio hic ad *Vindicias Hutterianas*, anno 1743, a me editas, in quibus calumniae, de martyribus Angliae et Galliae, a doctribus ecclesiae Lutheranae pro martyribus diaboli haberi solitis, mentionem feci. Vulgo quidem Iohach. VWestphalum huius iniuriae accusant. IO. HOORNBECKIUS in *Summa Controversiarum* conceptis verbis afferit, VWestphalum huius dicterii auctorem esse, Iohach. Westphalus illud scriptit, inquiens, in libro contra lab. a Lascio, quem senatus Francofurtanæ urbis, ubi Lascus erat, et poteſtatem erigenda exultum ecclesiæ accepérat, inscriptis, eos, qui pro afferenda ueritate et gloria Dei suum sanguinem effusissent in Anglia, Belgio, Gallia, et alibi, esse martyres diaboli. Sed, quod ualde miror, nec paginam libri excitat HOORNBECKIUS, nec verba ipsa afferit. Immo nec a reliquis id fieri video, qui VWestphalo dicterium hoc vindicante solent. Id quidem fatis certum est, PHILIPPVM MELANCHTHONEM per literas amicis suis significasse, eiusmodi quid a VWestphalo dictum esse. In epistola quadam, ad Iohach. Camerarium dit. 8. Octobris an. 1558. scripta, in littore Baltico quo/dam uociferari, ait, martyres Anglicos esse martyres diaboli. Et in alia epistola, die suo natali, quo annum 64. ingressus erat, h. e. paullo ante obitum, ad Georg. Cracouium exarata, et in altero Epifoliarum libello reperiunda, VWestphalum nominatim excitat. Scito etiam, inquiens, Lutetiae recens crematum esse Burgium, cuius magna fuit in summo iudicio auctoritas. Tales uiros, ait Westphalus, esse diaboli martyres. Hanc iudicium perueritatem quis non detestetur? Sed ubi illud scripterit VWestphalus, nec PHILIPPVS indicat, nec, qui VWestphalum inde immanitatis cuiusdam, cum Beza, Hospiniano, Hoornbeckio, Baelio, aliis, arguunt, demonstrare possunt. Pronocat quidem HOORNBECKIUS ad librum VWestphali, contra Ioannem à Lascio editum, et senatu Francofurtanæ urbis inscriptum. Eundem librum excitat RVD. HOSPINIANVS in Parte altera *Historiae Sacramentariae*, eiusque titulum esse, dicit, iusta defensio aduersus insignita mendacia Iohannis à Lascio, quae in Epistola ad Serenissimum Poloniae Regem contra Saxonicas Ecclesiæ sparſit. Hunc librum, HOSPINIANO teste, VWestphalus dedicauit Senatu Rei publicae Francofurtensis, quem uehementer hortatur, ne Zwinglianos foueat, immo eo ulque progreditur, ut scribat, eos, qui pro afferenda ueritate et gloria Dei suum sanguinem effuderunt, esse martyres diaboli, et Christi carnem et sanguinem contumelia affectisse. Ego quidem librum hunc VWestphali non possideo, eoque nec inspicere possum ipsa verba. Possedeo autem VWestphali nostri *Apologiae aduersus uenenatum antidotum Valerandi Polani, Sacramentarii, Vrellis excusam*, qua

G

librum,

pag 56.

pag. 700.

pag. 744.

pag. 383.

fol. 247. b.

rit LYSERI patronus, instillatam, sensim paullatimque in mente LYSERI tam altas egisse radices, ut tandem nullo modo inde euelli posset. Sed crediderim quoque, LYSERVM in dialogos BERNHARDINI OCHINI incidisse. Hic, senex iam decrepitus, annosque septuaginta sex natus, in *dialogis*, Italice conscriptis, et a Seb. Castellione Latine conuersis, ut alios sparsit errores, Socinianismum maxime redolentes, ita polygamiam, quibus potuit, coloribus, et pinxit, et ornauit. Quantum e THEOD. BEZAE libro de *polygania et diuorciis*, his OCHINI dialogis opposito, mihi constat, OCHINVS in eadem insitit uia, quam LYSERVVS sibi calcandam sumvit. Utitur iisdem argumentis, e Scriptura sacra petitis. Dicta Scripturae, polygamiae aduersantia, exceptiōnibus ludicris eneruat, et, dum alios de hoc arguento loquentes facit, sententiam suam in animo lectoris clanculum defigit. Et quamuis LYSERVVS in scriptis suis nullam de OCHINO, quantum memini, mentionem iniciat, tamen inter utrumque scriptorem ita conuenit, ut nullus dubitem, LYSERVM, lecto OCHINI dialogo, aut opinione ista infectum, aut in ea magis magisque confirmatum esse. Et nonne homines fraudulenti, et qui aliena serinia expilant, id agunt sedulo, ut fontes, e quibus ipsi biberunt, silentio quasi tegant? Certe serius in hanc sententiam se descendisse, LYSERVVS ipse, et indicat, et deplorat, ueniamque huius peccati, in precibus, calci operis subiectis, Deum rogitans, *Deploro, inquit, meam acediam et negligentiam, quam in defodiendo hoc talento a me commissam optime nosti, dum mediis illis, ad ueritatem hanc stabilendam a te diuinitus monstratis, non rite atque tempore suo usus fuerim.*

pag. 564.
Post. Tr.

librum, aduersus Lascam editum, et Praefationem eius, a criminazione scriptoris huus pseudonymi vindicata, sed ita, ut ne minimum quidem vestigium appearat huus disterri, uel a VWestphalo adhibiti, uel ab aduersario exprobriati. Hinc mihi omnis illa narratio incerte uideatur rumore nit, uel insigni uerborum deputatione. Nec enim credibile est, VWestphalum omnes in uniuersum martyres Galliae, et Angliae, non habita ratione, uel caussae, uel personarum, martyres diaboli appellataſſe, tantum abſit, ut, eum scripſisse, existinem, eos, qui pro aſſenda ueritate et gloria Dei ſanguinem effuderint, martyres diaboli eſſe. Putatne, homini ratione praedito eiusmodi quid in mentem uenire potuisse?

fuerim. Condona mibi haec mea peccata, quae omittendo praeter uoluntatem meam commisi, et corroborata me in tua ueritate. Quae uerba, mea quidem opinione, eo ualent, ut, se nimis sero de rem tam ardua, tam necessaria, tamque utili, e sacriss literis erunda, cogitationem suscepisse, non sine doloris sensu profiteatur. Ergo LYSERVVS nec a praecessoribus suis in academia istam hausit opinionem, nec prioribus uitiae annis animo eam concepit. Sed id quoque inde manifestum est, LYSERV M non uagae libidinis instinctu ad tuendam polygamiam prolapsum esse, eosque falli, qui, ingenium moresque hominum ex eorum uel placitis, uel studiis, omnino iudicari posse, credunt. Consentientem habeo PETR. BAELEM, qui, in *Ephemeridibus anni 1685*, Gallice conscriptis, mortem LYSERI commemo-rans, errorem laboremque hominis omnem, hinc ex praepostero quodam promouendae salutis publicae studio, hinc ex pruriti singularitatis, stolidaque inclarescendi cupidine, dimanasse, iudicat, ut ipse iam in Diatribe Tua obseruasti.

pag. 93.

Caussis instituti Lyseriani, quantum fieri potuit, exploratis, operae pretium est, ut de momento controuersiae, tanta pertinacia, nec minore uitiae famaeque discriminé, a LYSE-R O agitatae, sententiam nostram aperiamus. PVFENDORFFIVS controuersiam hanc ualde imminuit, et non solum acre fert, epistolam BALTH. MENZERI, dialogo Warenbergiano oppositam, Holmiae in lucem protrusam esse, quod sacerdotem quendam turbidum, uel ingenii turbulenti, fecisse, scribit, sed etiam in *Appendice Dissertationum selectiorum* conce-ptis uerbis affirmat, non esse, quare circa impugnandam polygamiam tantopere trepidant certi homines, cum abs nullo uirio orbi Christiano, in primis in Europa, minus periculi, quam ab hoc, immineat, immo, frustra tanta cum conseruatione ad arma conclamari, scribit, ubi hostis non appareat, praesertim cum nulla maior calamitas maritatis obuenire possit, quam si plures simul babere uxores cogantur, in cuius mali remedium mortem sint optaturi. Videmus hic, PVFENDORFFIVM eleuandae controuersiae nauiter operam dare, quam et periculi expertem esse, pronunciat, et ita comparata, ut facile tolerari possit. Certe omnes illos haud obscure

Er. Scand.
pag. 3.
pag. 607.

G 2 pungit,

pag. 28.

B

pungit, qui huic malo, data opera, nec sine disciplina seueriore, se opposuerunt. Si quid ego iudico, PVFENDORFFIVS his ipsis uerbis, ab opinione Warenbergii, de polygamia iure diuino non prohibita, se non admodum alienum esse, prodit, sicut etiam clarissimus WILLEMBERGIVS, recens opinionis eiusdem defensor, in *Praefidiis iuris diuini*, b. LOACH. WEICKHMANNO oppositis, de consensu PVFENDORFFII gloriatur. Deinde, quod tanquam in transcursu dixerim, suo se gladio iugulat PVFENDORFFIVS, et, controuersiam illam nimis eleuando, suam ipsius excandescientiam damnat. Si opinio Warenbergii tam insons, tam omnis periculi expers, est, quare ille, pro auctore dialogi Warenbergiani se uenditari, intelligens, tantopere excanduit, ut, quauis data occasione, Christianum Vigilem iniuriae postularet? At enim uero mihi, seposito omni partium studio, uidetur paullo aliter iudicandum esse. LYSERVS oppugnauit sententiam, in toto orbe christiano, et usu receptam, et legibus communitatam, qua uni uiro uno eodemque tempore non nisi cum una uxore matrimonio iungi licet. Hic ille, in contrarium ruens opinionem, non solum polygamiam simultaneam, quam uocant, legibus diuinis non repugnare, quam potuit, enixissime contendit, sed etiam eo suam convertit operam, ut, quocunque ueniret, eius introducenda auctor sua forque esset, eosque, qui conatibus his obuiam irent, pro hostibus communis reipublicae salutis reputaret. E LYSERI sententia culpa non uacant, qui et olim, institutionem matrimonii, primorumque coniugum exemplum, pro norma matrimonii ineundi habentes, uni uxori, non pluribus, corporis sui potestatem fecerunt, et nostra aetate, licet pluribus foecundandis sufficient, una uxore contenti uiuunt. E patriarchis monogamis unum excitare iuuat Noachum. Hic ingrediebatur in arcam cum tribus filiis, et uxore sua, et uxoribus filiorum, ita, ut *o^{cto} homines*, reliquis omnibus aquarum diluvio pereuntibus, seruarentur. Gen. VII, 7. 1. Petr. III, 20. Ergo in familia Noachi monogamia obtinuit, non polygamia. Nam singuli mares singulas haberunt uxores. Atqui, LYSERI opinione si standum est,

Noa-

Noachus filiique, monogamiam sectati, eo grauius peccarunt, quo sollicitius iis, impendente generis humani excidio, de multiplicanda familia cogitandum erat. Et quid, obsecro Te, de magistratu sentias, licentiam plures simul ducendi uxores, propositis et legibus et suppliciis, coercente? Eum ne, dixeris, aduersus omnia iura peccare, et Satanico agi furore? Absit, ut ita statuamus. Ea itaque res uti turbis dandis aperte apta erat, ita consulti non poterat non perniciosa, immo pessima, esse. Nec offensione carebat consilium LY- SERI. Sicut natura omnes a labore proclives sumus ad libidinem, ita ad libidinem uel incendendam uel nutriendam nihil aptius erat, opinione ista, de necessitate et utilitate polygamiae. Habuit quoque illa fautores suos, tum in Suecia, tum in aliis prouinciis, quas adiit LYSERVS. Ut quisque ad libidinem erat propensior, uel uxorem minus opportunam habebat, ita opinioni huic faciliorem praeebebat aurem. Et quid homines, a sacris nostris alienos, de conatibus istis iudicasse, putas? Tempore Lutheri docttor quidam, e Gallia alegatus, Vittembergae degebat, qui palam et aperte indicabat, regi suo persualissimum esse, inter Protestantes nullam esse ecclesiam, nullum magistratum, coniugium nullum, sed omnia belluino more commisceari, ut ipse LV THERVS refert, in Praefatione Articulorum Smalcaldicorum, sed ita, ut conscientia fretus, pronunciet simul, non impune laturos esse, qui mendaciis adeo crassis et prodigiosis animum regis imbuissent. Immo iam anno 1523. legatus Pontificis Romani, Cheregatus, ut doctrinam Lutheri Principibus Germaniae, Norinbergae congregatis, exosam redderet, eosque ad Lutherum opprimendum inflammaret, Lutheri rationem, affirmabat, non dissimilem esse a Mahometica secta, quae permittat, plures in matrimonium ducere uxores, ac postea repudiare. Sed criminationis huius non alium habebat praetextum, quam quod Lutherus, ut loquebatur, eos omnes, qui Deo uotum fecerint castitatis, legum uinculis omnibus liberaret, et ad matrimonium cohortaretur, ut auctor est IOANNES SLEIDANVS. Eain re sententiam Lutheri mirum in modum peruerit. Nec enim Lutherus omnes illos,

qui
Lib. IV.
p. m. 48.

qui Deo uotum fecissent castitatis, sed qui ex illis dono continetiae, quod uocamus, a Deo non intructi essent, nec legum vinculis *omnibus* liberavit, sed solis iis, quibus conscientia laederetur. Sicut autem Lutherus, ita sentiens, a uero non aberravit, ita perperam, nec citra cavillationem, pro fauore polygamiae uenditatur. Eandem calumniam, ut ceteros omittam, a MICH. SIRICIO solide iam depulsam esse, uidebis. Anabaptistas, contra ea, nouimus, huic olim opinioni de polygamia deditos fuisse. Librum illi ediderunt, *Restitutionis* titulo inscriptum, in quo, praeter reliquos errores, afferebant, *lege naturae*, quacum *lex divina* non pugnet, *ius fasque esse*, multas simul habere uxores, teste IO. HORNBECKIO in *Summa Controversiarum religionis*. Eodem tendebat Ioannes Leydensis, qui concessionatoribus dogmata quaedam proponebat, eaque, postulabat, scripturae testimonio sibi confutari. Dogmatum istorum haec erat summa, *uirum non esse deuinctum uni coniugi, et licere, quantumvis mulras, in matrimonium ducere uxores*. Hoc dogma coelitus sibi patefactum esse, iactitabat, utque maiorem ei conciliaret auctoritatem, mox ipse ternas ducebat uxores, aliisque, ut suum sequerentur exemplum, dux et auctor erat, ut memoria prodidit IOANNES SLEIDANVS. Sed nihil commercii fuit ecclesie Lutheranis cum colluuiie Anabaptistarum. Similem in modum BERNARDINVS OCHINV, natione Italus, et minister ecclesiae in agro Tigurino, in *Dialogis*, a Sebast. Castellione Latine conuersis, polygamiam ornandam tuendamque suscepit. Sed nouimus quoque ex HOTINGERI *historia ecclesiastica*, OCHINV, re cognita, cum opinionem dimittere nollet, a magistratu Tigurino solum uertere iussum esse. Idem OCHINV cum in Polonia, polygamiam licitam esse, etiam pro rostris sacris contenderet, non solum a mulieribus male habitus, sed etiam e Polonia in Morauiam commigrare coactus est, ut SAM. FRID. LAVTERBACHIVS in *Socinismo Polonico* refert, qui tamen, pro re nata, IO. LYSERI mentionem iniiciens, eum falso filium Wilhelmi Lyseri, Theologi Vitembergensis, uocat. Nostra quoque aetate apud Anglos celebris

Vxor una
p. 31. seqq.

Lib. V.
p. m. 344.

Lib. X.
p. m. 197.

Tom. IX.
p. 475. 499.

Pag. 147.

bris fanaticus, cui nomen LAGY, uestigia Anabaptistarum secutus, sub praetextu diuini afflatus, et quod a coniuge, in diuino, ad quod destinatum se esse, dictabat, opere, multum caperet impedimenti, cum illa diuortium fecit, alia que coniuge sibi delecta, edito scripto, bigamiam defendit, ut auctor est ANDR. AD. HOCHSTETTERVS in Collegio Pufendorffiano, qui etiam addit, anno 1708. polygamiam infelici manucripto defendisse Pastorem quendam in agro Wurtenbergico, Kornbeckium, egregie, ut ait, a viro doctissimo Maskošio, refutatum. Immo, ut idem subiicit HOCHSTETTERVS, Senatus Iustitiae ob turpem libellum eidem mulieram ducentorum florinorum dictauit, et non multo post diem obiit pastor miserandus. Ergo non nisi per calumniam ecclesiae Protestantium in suspicionem coniugii disturbati, vel defensae polygamiæ, adducuntur. Nec est, cur Lutheri consilium (*), Philippo, Hassiae Landgratio, datum, nobis exprobrent Romano-Catholici, ut audire amant. Nam, ut tacitus praetermittam, quae a SECKENDORFFIO et WEICKHMANNO ad excusandum Lutherum iam scripta sunt, habent iidem Catholici ante fores suas, quod expurgent. Excitat IO. SELDENVS codicem manu scriptum libri R. Leonis Muniten-

Vxor Ebr.
L. I. c. IX.
pag. 51.

(*) Ipse Ferdinandus Imperator, si fides habenda iis, quae IMMAN. VVEBERVS, e Commentariis Pauli Iouii, de uita et rebus gesuis Güntheri, Comitis Schwazburgi, commemorat, hoc Lutheri consilio se impeditum esse, fassus est, quo minus doctrinam eius amplectetur, cum antea non admodum alienus ab ea fuisset. Undis Graf Günther, ait ille, in sonderlichen Gnaden bey Kaiser Ferdinandio gesessen, also daß er, nach vollendetcr Krönung, mit ihm von Franckfurth gegen Königstein auf eine Lage auf seinem Wagen hat fahren müssen; da denn der Kaiser allerley mit ihm geredt, unter andern auch gefraget, Biß Religion er hätte; und als er geantwortet, er bielte davor, es Biß der S. Käſerlichen Majestät nicht unheißt seyn; So hat doch der Kaiser Bieter angehalten, und so gerne Bißigen wollten, Biß er von Hertzen glaubete? Darauf hat er geantwortet, er trüge seiner Bekanntschaft keine Scheue, er hätte Lutherisch, bißt auch geßüßt, er bißt durch seinen Glauben die Seeligkeit Bißohl erlangen. Darauf hat der Kaiser gefragt: Es hätte nicht viel geschelet, Luther hätte ihn auch auf seine Meinung gebracht; aber als er dem Landgrafen zu Hessen zbißey Gemahl verfittet, hätte er ihm nicht mehr glauben wollen. Verum error in falso et consilio li Lutherio, in assertanda veritate coelesti, omnime derogat fidem, nec D. Petro in posterum fides habenda erit, quem, constat, propter errorem in facto ab ipso Paullo obiurgatum esse, Gal. II. n. seq.

pag. 30.



tinensis de ritibus Hebraeorum, in quo auctor commemorat, in Italia et Germania, permisso Pontificis Romani, Iudeis protestatem factam esse, propter sterilitatem uxoris, aliam superinducendi. In Iure quoque Canonico habetur rescriptum GREGORII III. Papae ad Bonifacium episcopum, quo ille censet, si coniux, imbecillitate corporis correpta, debitum marito officium praestare, et maritus se continere, nequeat, aliam huic ducendam esse uxorem. Omitto reliqua testimonia, quae, polygamiam a Pontificiis non penitus reprobari, docent, a MICH. SIRICIO excitata. Sed, missis his, ad IO. LYSERVM revertamur. Is profitebatur doctrinam, Lutheri opera a ffordibus et commentis hominum repurgatam. In prouinciis quoque, eidem doctrinae addictis, opinionem suam de polygamia disseminabat. Hic quamvis Theologi pariter atque magistratus supprimendae expellendaeque opinioni tam nefariae laudabilem impenderent operam, tamen opinio ipsa, in se spectata, aduersariis occasionem et materiem suppeditare poterat, ecclesiam Lutheranam cauillandi. Et quantum uim intulit LYSERVVS Scripturae sacrae, quamque tortuosum interpretandi eam genus secutus est, ut, quam animo conceperat opinionem, centum argumentis, e Scriptura petitis, communiret? Ecquis igitur dixerit, controversiam istam leuioris esse momenti, facileque tolerari posse? Fac, te non eo progredi insaniae, ut, polygamiam ubiuis terrarum et gentium introducendam esse, cum LYSERO, contendas. Fac quoque, te eandem Principibus dissuadere, tibique persuasum esse, eam perniciem fore et ruinam florentissimarum rerum publicarum. Haec ea fere sunt, quibus clarissimus WILLEMBERGIVS in Praesidiis iuris diuini opinionem suam de polygamia emollire studet. At id tamen LYSERO assentiris, eam in uerbo diuino reuelato non prohibitam esse, et in tuenda sententia dicta Scripturae sacrae, cum OCHINO et LYSERO, miserum in modum distorges. Felicitatem hominis etiam e polygamia obtineri, nec Deum felicitatem istam, e polygamia percipiendam, homini inuidere, asseris, immo semel iterumque affirmas, polygamiam

Vxor una
pag. 29.

pag. 37.

mam aequa ac monogamiam medium esse, pro uagis non tantum, sed etiam pro omnibus, scortationibus uitandis. Inde quoque Principi potestatem facis, si uelit, cum duabus cohabitandi uxoribus, idemque, si graues ad sint caussae, ciuibus permittendi. Et quam facile tales caussae inueniri possunt, cum natura nobiscum ita comparatum sit, ut, quo uoluptas nos trahit, eo non sine graui caussa deferri, nobis videamus. Singula haec momenta, e scriptis Willenberianis decerpta, nobis ob oculos ponit IOACH. WEICKHMAN-NVS in *Apologia sua*. Subducamus iam rationem. Polygamia, e sententia clarissimi WILLEMBERGII, iure diuino permissa est. Inferuit illa commoditati hominis aequa ac monogamia. Immo hac ipsa tanto dignior iudicari debet, quanto aptior est, non uagis tantum, sed omnibus omnino, scortationibus uitandis, tantamque affert generi humano utilitatem, ut inuidiae arguendus esset Deus, si eadem hominibus interdicere uoluisset. Sequitur inde, ut statuamus, polygamiam temere pro peste et ruina rerum publicarum haberi, eosque perperam agere, qui Principibus polygamiam dissuadent, et ipsos Principes inuidia laborare, qui, polygamiam legibus coercendam esse, censem, legesque istas, e mera inuidia profectas, summo iure, et repudiari, et abrogari. Atqui eodem tendit LYSERVS, Nulla lex, inquiens, humana, seu Carolina, seu Pontificalis Canonica, potest polygamiam de iure prohibere, et, si de facto fiat, meliori, immo optimo, iure repudiatur. Errasti bacenus, et ueritatem banc ignorasti, improbasti, aut impugnasti. Age poenitentiam, et factis contrariis illam contemnare. Errare humanum est, sed in errore perseverare, (aut) illum propugnare, diabolicum. Vide sine, admissa opinione de polygamia, iure diuino non prohibita, LYSERI te erroribus sensim paullatimque implicari, eoque abripi, quo te peruenturum esse, nunquam antea credebas. Quin clarissimus WILEMBERGIVS, defendenda opinionis, animo semel conceptae, studio inflammatus, uel ipsius LYSERI audaciam superat, tamque praecipit agitur, ut in Iteratis Praesidiis iuris diuini, ad obtinendum sensum Scripturae sacrae, quem uenatur,

H

natur,

pag. 304.
seq.tb. 90.
pag. 558.

pag. 34.

natur, conceptis uerbis affirmet, puncta uocalia in codice Ebraeo fallacia esse, nullamque accentuum rationem certam et constantem dari posse. Qua in re LYSERV M modestiorem inuenio, qui, Beuerlandum, uerba Mosis Gen. I, 28. Crescite et multiplicamini, incogitania scribarum, loco parum congruo inserta esse, et codicem Ebraeum uarias subiisse corruptelas, afferentem, omni destitui fundamento, scribit. Sic LYSERV S, scorratores adulteros dari, eoque maritum, cum femina soluta rem habentem, adulterum fieri, concedit. E contrario clarissimus WILLEMBERGIVS in Iteratis Praesidiis iuris diuini, maritum, cum soluta consuecentem femina, in nullo tamen officio, erga uxorem suam exhibendo, deficientem, quasi mixtio cum femina peregrina, siue soluta illa fuerit, siue conubio iuncta, officio erga uxorem propriam exhibendo non repugner, adulterium committere, negat. Hoc praecipitum ut euitemus, opinio ista de polygamia, iure diuino permissa, animo euellenda est.

Fallitur itaque PVFENDORFFIVS, non satis causae esse, arbitratus, quare homines in impugnanda polygamia tantopere trepidant, vel ab ea salutis publicae metuant ruinam. Fallitur WILLEMBERGIVS, omnem hic controversiam, existimans, uersari in quaestione adiaphorica, ut ipse ait in Iteratis praesidiis iuris diuini. Fallitur quoque EDELMANNVS, infessissimus omnis religionis hostis, polygamiam, pronuncians, legibus quidem humanis aduersari, minime autem diuinis, eamque peccatum esse, non coram Deo, sed coram hominibus, quoad nimirum prouidentia diuina legibus nos humanis subiectos esse uelit, quibus polygamia prohibetur. Quamuis autem EDELMANNVS, propter sumمام impietatem et maledicentiam, indignus sit, quocum disputetur, tamen, ut documentum habeas animi impotentis impudentisque, uerba eius, ad praefentem cauism spectantia, e Confessione Fidei, quam falso uocat, repeatam, et, ne quid detrimenti afferant imperitis, aspersis animaduersionibus, infringam. Scilicet EDELMANNVS, oratione ad doctores ecclesiae conuersa, *Ihr selber wisset, inquit, daß zum Exempel die Vielveiberey bey den Tür-*

*pag. 343.
not.*

pag. 561.

pag. 41.

pag. 88.

*pag. 151.
seq.*

Türcken und andern, sowohl Morgen- als Abend-ländischen Völkern, keine Sünde sey, wie sie es denn bey den Inden, sowohl vor als nach der vorgegebenen göttlichen Bekanntmachung ihrer Gesetze, vor diesen auch nicht war, wo wir nicht die, von uns vor so heilig gehaltenen, sogenannten Ertz-Vätern und Könige, Abraham, Jacob, David, Salomon, und andere, von der Bibel unbescholtene Männer, vor die größten Sünder halten sollen, weil sie bis an ihr Ende in derselbigen gelebet, und doch dem ungeacht von der Bibel hoch gelobet, vor heilige und weise Leute, ja gar vor Männer nach dem Hertzen Gottes, ausgegeben werden. Id nimur lectoribus suis in aurem ille infusurrat, polygamiam nec a Turcis, nec ab aliis gentibus, pro peccato haberi, immo ne Iudeos quidem, ante et post promulgationem legis, quam diuinitus factam esse, Christiani vulgo credant, pro peccato eam reputasse. De Turcis, reliquaque gentibus, extra ciuitatem Christianam constitutis, ut disputeremus, nihil ad nos attinet. De Iudeis autem res tam certa tamque evidens non est, quam sibi quidem persuasum haber E D E L M A N N V S, quod, perspectis examinatisque rationibus eius, liquidius parebit. Prouocat ille ad exempla Abrahami, Iacobi, Dauidis, Salomonis, qui, licet ad extremam usque aetatem in multiplici matrimonio uixerint, tamen propter pietatem et sapientiam in Scriptura sacra summis efferantur laudibus, Deoque adeo chari fuerint, ut, praeter reliqua beneficentiae documenta, etiam promitteret, e postoris eorum Messiam se excitaturum esse. Atqui meminisse quoque oportebat E D E L M A N N V M, in legibus positivis uniuersalibus, quibus monogamia nititur, dispensationem locum habere. Quae licet conceptis uerbis in Scriptura sacra non commemoretur, tamen a silentio Scripturae, in rebus historicis, ad insciandam ipsam rem progredi, nefas est. Dispensationis autem factae uestigia haud obscura in historia maxime patriarcharum inesse, e libris Theologorum, et iurisconsultorum, de hoc argumento compositis, discere poterat E D E L M A N N V S. Immo id ipsum, quod nobis obiicit, de singulare benevolentia, qua D E V S patriarchas et reges polygamos complectebatur, indicio est, eos non sine permissione

missu diuino matrimonium cum pluribus uxoribus contraxisse,
tantum abest, ut inde colligere possimus, polygamiam lege
diuina non prohibitam esse. Hinc per se corrunt, quae
E D E L M A N N V S tanquam arietem nobis opponit, Entweder,
inquiens, es war um die Vielweiberey vor Gott Sünde, wie konnte er
sie an Abraham, Iacob, David, Salomon, und andern, dergestalt billigen,
daß er auch, unsern Gedancken nach, aus dem Geschlecht derselben den
zukünftigen Messiam kommen zu lassen, versprochen. War sie aber
in vorigen Zeiten vor Gott keine Sünde, wie sie es denn unmöglich
seyn kan, wo mir nicht sagen wolten, daß unser theuerster Iesus aus
einer gantzen Reybe eines verburten und ehebrecherischen Geschlechtes
abgestammer, indem er nicht allein den vielbewiebten Abraham und
Iacob, sondern auch den Blutsänder Iuda, die Hure Rabab, den Ehe-
brecher David, und den großen Weiber-Hengst Salomon, zu seinen An-
berren gebabt haben soll; so seber ihr ja wohl, daß eben diese Viel-
weiberey unter uns nur deßwegen Sünde, weil sie unsere Gesetze ver-
bierthen, nicht aber vor Gott, weil er sonst unmöglich dergleichen Sün-
der vor seine Freunde und vor Männer nach seinem Herten könnte er-
kannt haben, wo ihr nicht abermal sagen wollet, daß Gott einen be-
sondern Wohlgefallen an der Sünde habe, welches euch mehr schaden
als nützen würde. Aciem hic ita aduersus nos instruit **E D E L-**
M A N N V S, ut ex altero cornu sententiam suam e fauore di-
uino erga patriarchas et reges polygamos comprobet, ex al-
tero sententiam aduersam, oppositis difficultatibus quibusdam,
premat. Sed ut temere ad fauorem diuinum erga patriar-
chas et reges polygamos se recipit **E D E L M A N N V S**, ut,
polygamiam uitii expertem esse, doceat, cum fauor ille, et
sigillatim missio de Messia, e profapia Iudeorum oriun-
do, non polygamia maiorum, tanquam fundamento, innitatur,
sed aliis cauiss, ita nec sententia nostra de polygamia, lege
diuina prohibita, iis circumsepta est difficultatibus, quibus
nulla arte, nullo consilio, expediri posit. Polygamiam pa-
triarcharum propter intercedentem dispensationem diuinam
crimine absolu, antea iam dictum est. Ergo nec origo
Messiae ex ista maiorum polygamia uitium contraxit, nec
maiores, scortationibus, incestu, adulteriis, aliquique flagitiis,
con-

contaminati, dedecori possunt esse illi, qui, omnis labis exper, ad expianda totius generis humani peccata, carne induendus erat. Quod autem maiores Messiae in sacris literis enarrantur, non eo ualet, ut inde quaedam ei dignitas accedat, sed ut promissio diuina, de Messia ex genere humano, sigillatim e posteris Abrahami, excitando, stabiliatur. Hinc nulla e Iuda incestuoso, nulla ex Dauide adultero, nulla ex maioribus polygamis, ad Messiam labes deriuatur, nec Deus dicendus est, uel polygamiam in se spectatam approbasse, uel peccato delectari, licet Messiam e maioribus polygamis originem ducere uoluerit, licet hos ipsos gratia sua non omnino indignos iudicarit. Opera igitur abutitur EDELMANNVS in oppugnanda sententia nostra, qua, polygamiam legibus diuinis prohibitam esse, affirmamus. Sed aliquid etiam monstrari alit, quando, polygamiam quidem pro peccato se habere, confitetur, sed non alia de caufa, quam quod leges humanae ei obstant, *Damit ihr aber, inquiens, bey dieser Materie, nicht wider meinen Sinn und Meynung mir was aufdichten möger, woran ich nie gedacht, so bekenne ich biermit rund beraus, daß ich jetzt erwähnte Vielweiberey allerdings so lange vor Sünde unter uns halte, so lange uns die vweise Vorschung des Schöpfers Gesetzen unterworffen, die dieselbe verbieten.* Noua hic, uel antiqua potius, EDELMANNVM religio incessit. Agnoscit ille Creatorem mundi, eique sapientem tribuit prouidentiam, in legibus etiam humanis conspiciendam. Hac enim, ex eius tententia, leges humanae, et stant, et cadunt. Leges humanae de polygamia uitanda ualent, quoad prouidentia Creatoris sapientissimi eis nos subiectos esse uelit, ut ait EDELMANNVS. Habemus hic uestigia religionis, in animo EDELMANNI altius infixae, quam ut funditus deleri possit. Sequitur ille philosophiam, uel impietatem porius, BENED. SPINOZAE, qua non nisi unica in rerum natura substantia est, mundus autem et res productae pro modis habentur, quibus attributa substantiae illius circumscribuntur. Hanc SPINOZA substantiam Deum uocat, perinde ut EDELMANNVS, quicquid esse concipitur, Deum esse, contendit. Deus ipsi

ipſi cauſſa rerum immanens eſt, non transiens, cuius umbram conſtituit mundus, et, ut uarie mouetur Deus, ita umbram ille efficit, uariis modis definitam. Immo, ſicut Deus non potest ſine umbra eſſe, ita mundus neceſſario exiſtit, et aeternus eſt, nec datur creatio mundi. Posito Deo, ponitur mundus. Ita EDELMANNVS diſputare ſolet. Verum noſſe iam uelim, quo paecto Deus creator uocari poſſit, ſi nulla datur mundi creatio, ſed mundus tanquam umbra Dei neceſſario exiſtit, et qualis ſit prouidentia illa, qua leges Principum determinentur, ſi, quicquid eſt, Deus eſt. Ergo aut non datur uis quaedam ſuperior, qua Principes conſtringuntur, aut, ſi datur, integra compages EDELMANNI collabſcit. Dari autem eandem, ipſe EDELMANNVS, conſcientiae ſtimulo impulſus, hoc loco proſitetur, niſi lectori ſuo uerba dare, et per ſapientem Creatoris prouidentiam nudam uoluntatem Principum intellectam uelit. Sed quo iure Principes Creatorem, et meram eorum uoluntatem ſapientem prouidentiam, eamque legum humanarum rectricem, uocare poſſit, ego quidem, pro imbecillitate ingenii mei, non perſpicio, licet inde emerget, quod facit ad momentum huius controuersiae cognoscendum. EDELMANNVS polygamiam pro peccato habet, propterea, quod leges humanae adiunt, quibus ea prohibetur. Leges autem iſtae ut a mero Principum arbitrio pendent, ita non ſolum Principes ipſos non obligant, ſed etiam, modo conſentiant Principes, facile abrogari poſſunt, iisque de medio ſublatis, polygamy in medio virtutum choro conſpicietur. Putasne, hanc controuersiam fuſque deque habendam, et cuiuſis libertatem ſentiendi, quicquid uelit, relinquendam eſſe?

Reliquum eſt, VIR MAXIME REVERENDE, ut ea, quae de scriptis IOLYSE RI, ad tuendam uadendamque polygamiam editis, et de omni hac controuersia, a LYSE RO tanto ſtudio agitata, dieta ſunt, in noſtrum utriusque conuertamus uſum. Quorū iſta? Habemus hic initio exemplum efficacie illius, quae, Paullo teſte, in ipſo errore inefl. 2 Thess. II, 2. Haec gemina potiſſimum ſe exerit ratione. Vna eſt, quando

do error in animum hominis, ad concipiendum falsum, quam ad uerum perspiciendo, multo procliioris, se ita insinuat, ut pro ipsa ueritate apprehendatur, foucatur, et defendatur. Altera est, qua error, mente conceptus, alios subinde errores parit, qui hominem ita occupant et paestringunt, ut tandem ei ad uerum cognoscendum omnis aditus paecludatur. Quod VELLEIVS PATERCVLVS de moribus depravatis et exemplis confirmat, ea non ibi confilere, unde coepirint, sed, quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissime euagandi sibi uiam facere, et, ubi semel recte deerratum sit, in paeceps perueniri, id ipsum in erroribus quoque usu uenire solet. Paullulum fermenti totam corruptit massam. 1 Cor. V, 6. Seductores proficiunt in peius, 2 Tim. III, 13. et sermones eorum uani et profani ut cancer serpunt. 2 Tim. II, 16. Immo Apostolus errori uim effascinandi tribuit, quae impedit hominem, quo minus ueritatem cognoscat. Gal. III, 1. Exemplum huius rei habemus in LY SERO nostro, cui initio sententia de polygamia, legibus diuinis non prohibita, uel ab illustri Sueco, uel e Bernardini Ochini dialogis, accepta, ipsa nouitate sua ita arridebat, ut eam tum uiuo sermone, tum scriptis editis, commendam ornandamque curaret. Eadem opinio cum non paucis blandiretur, multis etiam offenderet, adeo, ut res in certamen publicum uocaretur, LY SERVS, suspicionem erroris a se depulsurus, non solum sententiam, animo comprehensam, strenue defendit, sed etiam eo progressus est audaciae, ut, polygamiam lege diuina paeceptam, et, ut ipse loquitur, inter bona opera collaudam esse, statueret, omnesque illos, qui eam uel scriptis, uel legibus, uel suppliciis, opprimerent, erroris diabolici et atrocissimi delicti incusaret, Annon igitur, inquiens, grauissime delinquent, quando ulla modo remoras dabunt, et Polygamiam, ceu rem naturalissimam, diuinissimam, et christianissimam, addo et carbolicissemam, in dubium uocabunt, aut plane abolere conabuntur? In eundem errorum animum ita defixerat LY SERVS, ut non solum nullo consilio, nulla molestia, inde se dimoueri pateretur, sed etiam propter molestias toleratas, sibi elogium martyris et stre-

L. II. c. 3.

thes. 87.
p. 526.

strenui fidei ueritatisque defensoris vindicaret. Errorem suum
 conceptis uerbis *ueritatem uocat a Deo reuelatam*. Quod bene-
 ficium iis, quibus fas est, laudibus celebraturus, oculis mani-
 busque ad Deum sublatis, *Gratias ago*, inquit, *sanc*tissimae tuae**
Maiestati, quod me indignissimum tuum seruum illuminare, ueritatem
banc docere, uolueris, et ad propagandam ueritatem idoneum uirtute
Spiritus sancti effeceris. Vides hic tantam vim tantamque effic-
 ciam erroris, ut maiores animo concipere uix possis. Eandem
 efficaciam in errore Zuinglii et Caluini, ad locum de Sacra
 Coena quod attinet, GEORG. CALIXTUS, in Disputatio-
 ne de Corpore et Sanguine Christi reap*se* praesentibus in *sanc*tissima**
eucharistia, euidenter demonstrauit. Hi enim, ut opinoris
 animo conceptae praesidium e sacris literis haberent, uerba
 Seruatoris, *Hoc est corpus meum, uarium in modum torquere*
coeperunt, eumque inde sensum elicere, qui nihil quicquam
contineret, quod uel minus usitatum, uel a communi rerum
natura alienum esset. Hinc varia et multiplex uerborum ho-
 rum interpretatio, a doctoribus Zuinglianis excogitata, licet
 diuersum et plane contrarium sensum suppeditat, tamen eo,
 quasi conspiratione facta, collineat, ut, quicquid uerbis illis
 enunciatur, nec mysterii rationem habeat, nec communem
 naturae ordinem excedat. Verum si eam ob rationem a sen-
 fu Scripturae, quem nativa uerborum uis et indoles requirit,
 recedere licet, pari ratione et facilitate reliqua religionis re-
 uelatae mysteria everti possunt, sicut etiam, ista porta semel
 patefacta, multi per eam praecepites se dederunt, adeo, ut
 tandem nulla inde ratione reuocari possent. Notum est, eos,
 qui superiore aetate diuinitatem Christi impugnarunt, ex Hel-
 ueticis Ecclesiis, ubi artem uerba Scripturae torquendi didi-
 cerant, sigillatim e Geneuensi, prodiisse, nempe Mich. Serue-
 tum, Georg. Blandratam, Matth. Gribaldum, Valent. Gen-
 tilem, Io. Paul. Alciatum, Laelium Socinum, aliosque. Idem
 testatur AD. NEVSEURS, quo iudice, si quis argumentis
 Caluinianorum utatur, re ipsa fieri potest Arianus. Sed con-
 queritur quoque de iniuitate et saeuiria Caluinianorum, qua
 id, quod sibi indulgent, in aliis igne et gladio coercendum
 esse,

Polyg.
 triumph.
 pag. 564.

§. 53. seq.

esse, statuunt. Si quis, inquiens, argumentis ipsorum uititur, et re ipsa Arianus sit, aperre et in specie docens hoc, quod ipse in genere sum aut comburitur, aut capite plectitur. Quae uerba, manus ipsius scripta, excitat STEPH. GERLACHVS in *Hyperaspiste Anti-Danaei*. Idem NEVSE RVS, quem tandem, in eodem praeципitio constitutum, ad Mohametanos defecisse, constat, alia schedula, cuius *αντίγραφον* itidem possedit GERLACHVS, ut ipse in *Anti-Danaeo* scribit, professus est, nullum suo tempore sibi notum factum esse Arianum, qui non antea fuerit Caluinista, et orationem tandem his conclusit uerbis: *Igitur, qui timeret sibi, ne incidat in Arianismum, caueat Caluinianismum.* Et quamvis RUDOL. HOSPINIANVS, Parte altera *Historiae Sacramentariae*, hoc NEVSE RI testimonium mira quadam uaftracie eneruare studeat, nunc dubitans, num uerba ista uere a NEVSE RO profecta sint, nunc negans, ea ecclesiae Caluinianae maculam quandam uel ignominiam inurere posse, tamen id inde efficitur, errorem Caluinianorum in Loco de Sacra Coena, et de Communicatione idiomatum in Loco de Christo, ita comparatum esse, ut compluribus erroribus uiam adiutumque paret, quod suo iam tempore b. LVTHERVVS, cum in aliis scriptis, tum in *Confessione minore*, obseruauit. Ergo caueamus sedulo, ne erroribus nos implicari patiamur. Ergo principiis obsta, sero medicina paratur.

Cum itaque erroris tanta uis, tantaque efficacia, sit, ut, in animo infixus, altas agat radices, et tandem pro ueritate ipsa recipiatur, foueatur, et defendatur, diligenter nunc circumspicendum est, quodnam, erroribus subnascentibus, officium sit doctrinam ecclesiae, eorum maxime, qui, sublimiore loco constituti, impendentem ecclesiae tempestatem declinare, et possunt, et debent. Officium illud latius patet, quam ut sola fuga, uel silentio, uel tolerantia, contineatur. Apostolus, errores non solum fugiendos, sed etiam coercendos et expellendos esse, monet, Timotheum inclamans, τὰς βεβήλους νεοφανίας περιῆσσο. 2 Tim. II, 16. Quae uis, quaeue indoles, sit huius uocis, alio loco a me explicatur. Ut scilicet morbo serpentis, et membra corporis depascenti, ita obuiam eundum, ut ne latius di-

pag. 99.

pag. 39.

f. 347.

T. VIII.
Alt. p. 351.

uagandi copia detur, sic doctores ecclesiae eo suam conuertant operam, necesse est, ut error aut extirpetur penitus, aut suis circumscriptus limitibus, nocendi uim amittat. Error in animo insidet. Inde ut eximatur, perspicua erroris manifestatione opus est, et solida eiusdem confutatione. Christus discipulis suis usu gladii in propaganda et defendenda doctrina coelesti interdixit. Matth. XXVI, 52. Iis autem os et sapientiam se daturum esse, promisit. Luc. XXI, 15. Hinc in carne ambulantes, non secundum carnem militamus, (Nam arma militiae nostrae non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destruendum munitionum,) consilia destruentes et omnem altitudinem, exultantem se aduersus scientiam Dei, et in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi, ut Apostolus ait. 2 Cor. X, 3, 4, 5. Hoc pacto optimus generis humani Sospitator errores Pharisaeorum et Sadducaeorum oppugnauit, aliisque, ut idem facerent, auctor suasorque fuit. Eundem morem Apostoli, et reliqui ecclesiae doctores, secuti, doctrinam coelestem ita anunciarunt, ut simul erroribus, et contradicendo, et refelendo, obniterentur. In iisdem uestigiis insistentes, Theologi superioris aetatis, Balth. Menzerus, Io. Musaeus, Io. Dicmannus, aliquique, scriptis in vulgus editis, errores LYSERI confutarunt. In primis autem doctores ecclesiae, in altiorum gradum euecti, eo annihi debent, ut ecclesiae, errorum colluvie oppressae, suppetias ueniant, eamque, detectis et profligatis erroribus, saluam et incolumem seruent. In erroribus depellendis insigni opus est ingenii perspicacia, et iudicio subactiore. His doribus qui instructi sunt, illi, a Deo, ad errores profligandos, se uocatos esse, existimare debent. Hinc Apostolus, sigillatim episcopi esse, pronunciat, hoc est, doctoris ecclesiae, uirtute, doctrina, et auctoritate, eminentis, ut contradicentes arguat. Tit. I, 9. Idem Apostolus episcopis Asiae, coram se congregatis, ostendo periculo, quod a lupis gregi diuino imminet, uigilantiam iniungit. Act. XX, 30, 31. Cuius mandati memores, Theologi Vittembergenses, in Expositione eorum, quae ipsi in deliberationibus provincialibus, de rebus ad religionem pertinentibus, monuerint, suaferint, docuerint

rint, responderint, concesserint, ex actis synodicis et aliis diligenter collecta, et Vittembergae anno 1559. edita, (*) in eos maxime, qui errores longe lateque sparserunt, animos se ocu- losque defixos habuisse, testantur. Ita autem illi, Cognoscent hoc quoque, inquiunt scilicet pii omnes, Nostrorum semper, uelut fidos ecclesiae custodes, ex hoc Academiae loco, cœu erminenti et illustri specula, in omnes prope nutus quorumcunque fanaticorum et hostium intentos, quid molirentur illi, circumspicit occasionibus omnibus, qua potuit fieri, uigilantia obseruasse, et explorasse sagacitate, et, cum ea peruestigassent, rursus, qua potuit fieri, industria et fide, duclu et auxilio diuino, aut, priusquam erumperent, repressisse, aut, postquam mota ac tentata essent, ne nocerent Ecclesiis nostris, discussisse ac repulisse. Idem Theologi uerbis proxime antecedentibus exponunt, quantum operaे sigillatim in sordibus doctrinae monasticae eluendis atque explodendis impenderint; Dicent inde, inquietes, quantum elaborarent hac in re Doctores et Praeceptores nostri, ut, demonstratis in ecclesia erroribus et abusibus Pontificiis, et quorumcunque fanaticorum deliriis, illis declaratis ac refutatis, his taxatis et explosis, reuocarent doctrinam ad ueros fontes, patefactos in uerbo, auctoritate diuina tradito, et tollerent atque abolerent, quicquid a praec-

I 2 scri-

(*) Liber est magni momenti in perspiciendis dignoscendisque iis, quae in Saxonia, occasione libri Augustani, Interim vulgo dicti, a Mauritio, Electore recens constituto, prævia Ordinum provinciae et Theologorum consultatione, et acta sunt, et decreta. Hic Theologi Vittembergenses in iœ sedulo incumbunt, ut, se nihil quicquam, ab offici ratione quod seiuinctum esset, uel suaesse, vel comprobasse, lectoribus suis persuadeant, quod alii diuidicandum trado. Inuenio autem in hoc libro, unde insignem calumniam, quia lo, Pomeranum vulgo onerare solent, quamque GODOFR. ARNOLDVS in Haeresiologia sua tanquam rem auro ca- riorem solicite conseruauit, penitus retundam. Excitat ARNOLDVS ex hi- storia quadam MSta, eaque admodum fabulosa, sequentia uerba: Da D. Pommer einsmals im Beschlus des gemeinen Gebeths auf der Cantzel auch für die ößeltliche Obrigkeit hieß beten, gernahnet er die Zubörer, daß sie auch für ihren gnädigen Herrn, den Churfürsten, beten solten. Doch meyne ich, sagt er, nicht den alten Churfürsten, Herrn Iohann Friedrich, sondern den itzigen, unsern gnädigen Herrn, Moritz, der ist ein recht schaffener, gütiger, milder Fürst, und hat neulich dem Herrn Philippo und mir einem jeden eine Pumpmütze voll Thaler schencken lassen. De auctore historiae huius MStae quid sen- tiendum, erudite iam exposuit IO. FRID. GAVHIVS in Commentariis de rebus

Part. II.
Lib. XVI.
cap. IV.
§. 8.

scripta norma discreparet, et constituto uero, simplici, et illustri discremine inter nostras Ecclesias et Pontificias, decreta Pontificum, et Monasticæ doctrinae fortes eluerent atque exploderent, confutatas euidentibus sacrae Scripturae testimonii; contrarias his nostrarum Ecclesiarum sententias, quae ex puris ac limpidis doctrinae coelestis fontibus, non ex lutulentis et coenosis Pontificum lacunis, depromptae sunt, magis magisque expolirent ac confirmarent; denique ut recte eruditas et instrutas Ecclesias nostras, et mature praemonitas, omni tempore munirent accurate contra eas imposturas, quas subinde innouatas novo suco et noua specie aduersarii conflant ac producunt, et incauis admouent, ut bac fascinatos in fraudem illiant. Haec enim Theologo Vittembergenses. In haec uerba tanquam in speculum intuens, conspicere mihi videor perfectam delineationem officii illius, quod doctribus ecclesiae, maxime in academiis, tanquam in loco editiore, constitutis, ratione errorum habita, impositum esse, credo. Ea ex re, ne quid Te celem, ego quidem, quamvis inter Theologos eruditiores locum nullum merear, tamen, exemplis his mihi subiectis, et apud animum propositis, quicquid uacationis a munere publico datum fuit, id inuestigandis confutandisque erroribus impendendum esse, arbitratus,

pro

an. 1729.
pag. 293.

pl. E. r.

l. c.
pag. 304.

rebus antiquis et nouis, ad Theologiam pertinentibus, et fabellam istam solide confutauit. Sed licet mihi quoque symbolam conferre, ad famam Theologi Vittembergensi vindicandam. Scilicet in hoc ipso libro interitur Praefatio D. Pomerani ad Commentarios in Ionam Prophetam, eaque ad Regem Danie die primo Octobris anni 1550. perscripta, qua haec ipsa narratio de accepta pecunia pro horrendo et tragico Satanae mendacio habetur. Studet nunc, ait ille, diabolus nos compescere et opprimere suis mendacitis per Adiaphoristicos Scriptores, qui scribunt multiz et publicis scriptis in totum mundum, quod nos Theologi, qui sumus fidèles ministri Christi, accepta pecunia a Magistratu nostro, proditores facti sumus Euangelii Christi, et, abiectis omnibus ordinationibus bonis, defecimus a fide ad doctrinas daemoniorum, et ad cultus Antichristi etc. Ad preces pro captivo Electore intermissas, quod attinet, PHIL. MELANCHTHON calumniam istam, se et collegis suis depulit in epistola, a IO. FRID. GAVHIO repetita. Publice, ait ille, et priuatim sunt precationes pro captivo Principe. Nec audimus hic, quemquam male loqui de captivo Principe, nec patenter id huius oppidi Magistratus. Valde igitur te oro, ne credas illis, qui nos, aut ecclesiam huius oppidi, calumnias deformare student, quarum quidem spero refutatorem etiam Deum fore, qui liberabit nos a ueneratis linguis. Et paucis uerbis intercessi. Ego uero, inquit, et pietate reverentia colo Principem captiuum, et quotidianis lacrimis et precibus cum Deo com-

pro tenuitate ingenii mei, in eo elaborauit sedulo, ut ecclesiam, cum
a philosophorum quisquiliis, cum ab aliorum profanis opinioni-
bus, tutam integrarunt praestarem, vel argumenta, ab aliis aut
neglecta, aut non exculta satis, mihi tractanda sumerem, eiusque
rei, quae singularis est Dei gratia, fructum percepi non omni-
no nullum. Sed Te quoque, VIR MAXIME REVE-
RENDE, in iisdem uideo insistere uestigiis, et, quantum per
muneris amplissimi rationem licet, eo contendere, ut errores,
nostra in primis aetate grassantes, scriptis diligentissime elabo-
ratis, vel suppressantur, vel praecidantur. Excito eam in rem
geminam *Commentationem*, Auctori Gallico de eo, quod in religione
essentiale est, a Te oppositam, et ad Pastores Inspectionis Por-
tensis perscriptam. Doces hic exemplo admodum illustri,
quomodo hostes e latebris protrahendi, et, inuestigata obtu-
rataque errorum scaturagine, coercendi sint, utque in tela, quam
coepisti, pertexenda pergas, enixe rogo.

Sed nec illud praetermittendum censeo, doctoribus eccl-
esiae, qui confutandis erroribus operam nuant, eo annitendum
esse, ut non nisi *armis idoneis* instruti in aciem prodeant, et,
adhibitis principiis argumentisque solidis, decentent. Erroribus uel

I 3

Ieuiter

commendo, ac Deum oro, ut liberetur ac regatur. Haec cum sint uerissima, mira-
tus sum uanitatem illius, quisquis fuit, qui mihi tantam crudelitatem tribuit, ut
dixerit, me etiam precationem prohibere. Insciri tamen nolo, narratiuclam
talem de pastore quodam, precationem prohibente, ad ipsum PHILIPPUM per-
latam esse, quae iphi incredibilis uif est, ut in epistola ad Camerarium commemo-
rat, Audi, inquiens, Historiam insuauem. Lembus ille tuus in concione palam ins-
isse fertur, Deo gratias agi, quod Dux Saxonius captus sit, deinde etiam peti, ut
Deus fletat eius animum ad relinquentiam haeresim Lutheranam, hisque usas esse
uerbis, significacione indignationis manifesto fremitu multis bonis uiris offenden-
tibus. Haec adeo sunt dira, ut exerandam habeant narrationem. Neque possum
credere, uera esse, qui, ut scis, facilis sum ad credendum. Sed nosci hoc, Φίλιππον δ'
οὐτις πάππαν, et mihi literis ista indicantur. Quis qualisue Lembus ille sit,
indicare non possum, Iteratam eius mentionem facit PHILIPPVS in alia epi-
stola, ad Camerarium scripta, Agnosc, inquiens, λογοδιδάλους, parim Mogunti-
num illum κόλαχον, partim Lembum illum tuum, quem esse Augustae, certum est.
Sed nec minus certum, eum Io, Pomeranum non est. Caeterum haec mibi tam
evidentia sunt tamque clara, ut, qui in posterum fabellae huic vel fidem habe-
re, uel eadem cum ARNOLDO se oblectare, uelit, eum temere impium esse,
satis tuto existimare possimus.

pag. 574.

pag. 590.

leviter tactis, uel non accurate satis excussis, fieri non potest, quin aduersarii cristas erigant, et in opinione anteculta magis magisque obfirmentur. Id ne usu ueniat, opus est, ut, Theologici, cum aduersariis congressuri, omni ex parte sibi prospiciant, nec ullam istis elabendi rimam relinquant. Argumenta aduersariis obiici debent solida, nullaque arte elidenda. Id nisi feceris, ab insultatione aduersariorum nunquam immunis eris. Confer. Act. XIX, 13. seq. Ad polygamiam, a 10.

L Y S E R O defensam, quod attiner, caue, existimes, eos, qui cum eo in aciem descenderunt, tam leui brachio tamque inepte pugnasse, ut non solum nullam ab eo reportauerint uitioriam, sed etiam male depexi discesserint, miserumque in modum circumacti. In ea quidem opinione uersatur I A C.

S. CXI. **F R I D . L V D O V I C I ,** in *Delineatione Historiae Iuris diuini naturalis et positivi uniuersalis*, quo iudice, aduersarii Lyseri plurimi, se non omnes, argumentis tantummodo stramineis usi, et nil nisi per se zatem aliasque Scholasticorum nugas crepantes, occasionem ei suppeditarunt, libro suo splendidum *Polygamiae Triumphatrie* imponendi nomen, et de fugatis profligatiisque rot inermibus hostibus triumphum canendi. Eodem tendit AuctoR, qui in controuersia, inter b. Weickmannum et clarissimum Willenbergium agitata, sub literis I. A. E. (*) se arbitrum quasi interponens, **L Y S E R V M**, pronunciat, causam non optimam optime tamque strenue defendisse, ut aduersarii eius, principiis solidis destituti, disputando confutandoque turpiter se dederint, ipsique **L Y S E R O** copiam fecerint, se pro libidine exagitandi, uel, si uerba ipsius Auctoris audire malis, Lyserus hat seine Sache so wohl verfochten, daß, aus Mangel noe tbiger

(*) Titulus libri est: *Continuation der unpartheyischen Gedancken über den fortgesetzten Wort-Streit Herrn D. Weickmanns mit Herrn D. Willenberg in der Materie von der Polygamie, sowie die in dem ersten und letzten Theil der deutschen Apologie Herrn D. Weickmanns vorkommende böse Folgen, fortsetzliche Verstümmelungen, nichsiges Einbinden, und ungegründete Auflagen, erbögen, und dessen Beantwortung meiner unpartheyischen Gedancken, im dritten Theil, in zulaänglichen Anmerkungen untersucht werden, entborffen von I. A. E. Frankfurt anno 1717.* Willenbergium sub his literis latitare, nonnulli putant. Id certe uel ex ipso titulo apparet, causam Willenbergianam in hoc scripto, et defendi, et excusari.

triger principiorum, alle seine aduersarii an ihm zu schanden worden, und er mit ihnen, als eine Katze mit der erbäschten Maus, spielen können. Sed salua res est. Nec enim nominantur illi ex aduersariis LYSERI, qui, neglectis iis, quibus opus erat, principiis, meras ei subtilitates, uel fordes potius et quisquiliis Scholasticorum, obiecerint, nec, quae LYSERVS, in notis maxime Polygamiae Triumphantricis, aduersariis opposuit, ita comparata sunt, ut hi loco cedere, et uictas dare manus, necesse haberent. Et quaenam, obsecro te, sunt principia illa, quorum neglectu aduersarios LYSERI parum feliciter pugnasse, putas? Crediderim ego, non aliis principiis, nisi quae Sacrae literae suppeditant, in hac quidem caussa utendum esse. LYSERVS enim eo potissimum contendebat, ut, polygamiam non solum sacris literis non prohibitam, sed etiam iisdem assertam et mandatam esse, imperit rerum arbitris persuaderet. At enimuero nonne Theologi, cum LYSERO congregidentes, haec ei tela de manibus extorserunt? Nonne, testimoniis Scripturae sacrae, quae, monogamiam a Deo institutam et praeceptam esse, docent, ab omni corruptela vindicatis, confutatisque iis, quae a suis partibus stare, LYSERVS credidit, opinionem de polygamia iure diuino licita penitus profligarunt? Id tamen negare nolim, eos minus feliciter depugnasse, qui, in opinione LYSERI confutanda occupati, eam uel ipli principiis iuris naturalis oppugnari posse, censuerunt. Certe MICH. SIRICIVS in libro, qui inscribitur, *Vxor una, omnem mouet lapidem*, ut, polygamiam iuri naturae aduersari, euincat. Sunt quoque complures, qui praeiuerunt, et qui fecuti sunt eum, auctores. Verum huic sententiae illud maxime obstat, quod, quae iuris naturalis sunt, dispensationem non admittunt, quodque ea, quae iure naturae prohibentur, quoad eadem rerum indeoles et conditio manet, non possunt non pro crimine reputari. Quid itaque de polygamia patriarcharum, quid de legibus diuinis, statuēs, quibus dispositio quaedam de liberis polygamorum, et de bonis inter eos diuidendis, continetur, si polygamia principiis iuris naturalis, tua quidem opinione, repugnat? Eratne patriarcharum poly-

Cap. II.
pag. 44.
seqq.

pag. 54.

pag. 54.

pag. 17. sq.

ii. pag 94.

lygamorum alia natura, alia conditio, quam reliquorum hominum, ita, ut illis licitum esse iudicari posset, quod in reliquis hominibus, uel ipsa natura indice, atrocissimum erat delictum? Et licet SIRICIVS, distinguendum esse, putet, inter ius naturae, ut ad naturam Dei, et inter ius naturae, ut ad hominis naturam, refertur, et polygamiam iuri naturae, non priori, sed posteriori modo, repugnare, eoque non omnem omnino uel dispensationem, uel permissionem, uel tolerantiam, respuere, existimet, tamen haec ipsa distinctio admodum lubrica est, expediensque difficultatibus parum apta. Aequo steri non posse, quae ex parte rei contradictionem inuoluunt, atque ea, quae naturam Dei euertunt, omnes uno ore philosophi confitentur. Putasne, minus uitii habere, quae naturae hominis, in se spectatae, obsunt, quam quae contra natu-
ram Dei esse existimantur? Ut taceam, SIRICIVM hic praestruere, quae probatione egent. Polygamiam, ait, naturae humanae contrariari, cum instinctu amoris coniugalis erga unicum tori sociam, a naturae conditore creatae. Atqui, dari talem instinctum naturae erga unicam tori sociam, unde comprobabis? Prouocat SIRICIVS ad institutionem matrimonii, non nisi inter unum marem unamque feminam initi, unde, maris etiam non nisi erga unicam tori sociam naturalem esse instinctum, putat. Sed haec ipsa institutio matrimonii ut natura non patet, sed ex revelatione cognoscitur, ita, instinctus talis si datur, non ex ipsa hominis natura, sed ex uoluntate Creatoris, per institutionem matrimonii declarata, repeti debet. Nec in reliquis argumentis, a SIRICIO in medium productis, ea uis inest, ut appareat inde, polygamiam iure naturae prohibitam esse, sicut etiam IO. LYSERVS ad singula haec argumenta in notis, Polygamiæ triumphatrici subiectis, satis commode respondet. Hac itaque via qui incedunt, in opinione LYSERI de polygamia oppugnanda, eos parum, aut nihil omnino, efficere, haud grauatum concedo. Nego autem, aduersarios LYSERI, ex una alteraque parte non acute satis disputantes, argumentis ubique obtusis ineptisque usos esse. In explicandis vindicandisque

Scri-

Scripturae sacrae testimoniiis, quibus solis in hac causa nisi debemus, Siricum pariter atque reliquos Theologos officio suo laudabiliter perfundatos esse, res ipsa docet. Nec existimare debes, omnes omnino aduersarios LYSERI, in profliganda polygamia, ad principia iuris naturalis, tanquam ad sacram ancoram, configuisse. Io. Dicmannus, ut supra iam monui, non ad ius naturae, sed ad ius possumum, quod vocare solemus, idque uniuersale, se recipit, eique polygamiam aduersari, sapienter monet, ita quidem, ut eos simul refellat, qui, polygamiam iure naturae prohiberi, censent. Idem ab *Auctore Polygyniae*, h. e. Slutero, factum esse, LYSERVS ipse obseruat. Qui itaque, Dicmannum, Slutero, Menzerum, Musaeum, Calouium, ceteros, meritis persegitibus, aliisque Scholasticorum nugis, polygamiam oppugnare uoluissē, putat, principiis solidis neglectis, eum, non immerito dixeris, aut scripta eorum non legisse, aut, quae solida sint hac in causa principia, penitus ignorare. Satis autem mirari non possum, extitisse scriptores recentioris aetatis, qui, polygamiam e principiis iuris naturalis labefactari aut dirui posse, existimarent. Excitat licet e Iureconsultorum ordine GOTTLIB. GERHARD. TITIVS, qui in Disputatione de polygamia, incestu, et diuortio, iure naturali prohibitis, multum operae impendit, polygyniae, et principiis iuris naturalis oppugnandae. Scire aues, quaenam sint principia illa. Scilicet existimat TITIVS, nullum legitimum scopum polygyniae allegari posse, repugnare potius eam indolitam arctae coniunctionis, qualis coniugum est, et ob solam libidinem suscipi, item a gentibus eam, iisque uoluptati prauisque moribus deditis, originem habere, et denique contrariam esse aequalitati sexus. Quorum argumentorum num ea uis sit et indeoles, ut sententiam illam in tuto collocent, aliis dispiciendum relinquunt. Ego quidem existimauerim, Lyseris et Arcuariis non defuturum esse, quod iisdem argumentis opponant. Immo, ut candide Tibi aperiam, quid de omni hac re mihi sentiendum esse videatur, frustra esse eos omnes, cum illustri Iurisconsulto, MICH. HENR. GRIBNERO, in Disputatione de Intercessione Coniugum in crimine bigamiae, pro-

pag. 47.

pag. 94.
Pol. tr.

§. 53.

nuncio, ac oleum et operam perdere, qui, bigamiam naturali ratione prohibitam esse, euincere, ac turpitudinem eius etiam citra prohibitio-
nem diuinam positiuam demonstrare, conati fuerunt, sicut etiam eodem
loco G R I B N E R V S recte obseruat, rationem, cur bonam caus-
am non adeo ubique bene et feliciter defenderint, qui se
Alethophilo, seu Lysero nostro, opposuerunt, eam potissi-
mum fuisse, quod neglexerint discriminem legis diuinae, quae
ex ratione apparet, et quae ex uerbo deum reuelato no-
bis innotescit, et omnes omnino homines, perinde atque lex
naturae, arctissima obligatione deuinctit. Confugiendum igitur
hoc loco est ad legem positiuam uniuersalem, siue ad uolun-
tatem Dei, ex uerbo reuelato cognoscendam, quae sicut ipsa
institutione matrimonii satis declarata est, ita, ratione matri-
monii in se spectati, omnes obligat, quod nisi primaeuae insti-
tutioni consentaneum est, pro matrimonio diuinitus insti-
tuto haberi nequit. Atqui Deus uoluit, ut duo fierent una
caro. Ergo matrimonium legitimum non nisi inter duas
personas utriusque sexus locum habet. Institutionem autem
matrimonii uim legis habere, et omnes ac singulos, qui de
matrimonio ineundo cogitatione suscipiunt, obligare, uel
inde patet, quod Christus, Phariseos ad ueram propriam
que matrimonii normam reuocatus, institutionem eius ex-
citat, indeque arma petit, tum ad diuertia reprobanda, tum
ad destruendam polygamiam, ualde accommodata. Nec est,

Theol mor. pag. 435. quare cum I O. F R A N C. B V D D E O existimes, nimis incer-
tum esse, quicquid de promulgatione legum positiuarum uniuersalium
dicatur, immo istam eas promulgandi rationem, quam uulgo stan-
tuant, vix uideri sufficientem, ut per eam certo ad omnium hominum
notitiam leges istae pervenire potuerint, quod ad legem uniuersa-
lem necessario requiratur. Id enim licet reliquis legibus, quas
positiucas uniuersales nominare solent, sigillatim legibus de
incestu, forte obiici possit, tamen in praefente caussa admitti ne-
quit, propterea, quod promulgatio legis diuinae, de matrimo-
nio legitime contrahendo, in ipsa institutione facta, satis cer-
ta et manifesta est, et quae protoplastis in caussa, ad propa-
gationem et conferuationem generis humani pertinente, a
Deo

Deo manifestata et praecepta sunt, omnibus ac singulis promulgata et praecepta esse, merito censentur. Et quam facile, propter longaeuitatem protoplastorum, posteri quoque notitiam legis huius diuinæ obtinere potuerunt? Certe, admissionis legibus positivis uniuersalibus, controversiae de polygamia, de incestu, de poena homicidii, et de moralitate sabbathi, facilime expediri possunt, negatis autem iis, praesertim si LYSERVS tibi obtingat aduersarius, polygamiam iure diuino prohibitam esse, uix ac ne uix quidem comprobabis. Si dixeris, cum IO. FRANC. BVDDEO in *Selectis Iuris naturae et gentium*, non opus esse, ut leges positivae uniuersales in subfidium aduocentur, cum, *disciplinae christiana polygamiam repugnare*, manifestum sit, LYSERVS ex te quaeret, quo fundamento nitatur hac in re disciplina Christiana. Hic aut legem positivam uniuersalem admitti, necesse est, quam tu cum BVDDEO respuis, aut Christus dicendus est nouus legislator, qui discipulos suos seueriori disciplinae mancipavit. Sicut autem posteriori concedi nequit, nisi in castra Socinianorum transire uelis, ita hoc argumento, a disciplina Christiana petito, nihil quicquam aduersus LYSERVM efficies, qui etiam eidem telo in *Polygamia Triumphantice iam occurrit*, In *Novo Testamento*, inquiens, nullae nouae leges datae, sed quicquid est peccatum in *Novo*, etiam est et fuit peccatum in *Veteri Testamento*. Et, paucis interiectis, Christus, inquit, non uenit in mundum, ut nouis legibus homines oneraret, quanquam ueteres a traditionibus Pbarisaorum et Φευθερουνεις in suis concionibus liberauerit. Sin, eundem BVDDEVM in *Theologia morali* secutus, uel ducem, uel arbitrum, distinctione (*) legis naturalis absolute et hypotheticae excogitata, dubiis Lyserianis extricare cupias, et, polygamiam legibus naturae, non absolutis

K 2

pag. 57.

thes. 81.
pag. 469.

(*) Propter hanc ipsam distinctionem BVDDEVS CHRIST. THOMASIO iam uapuit, in *Fundamentis Iuris Naturae et Gentium*, eam nimio omnibus placendi studio tribuent. A tenera iuuentute, inquit ille, obseruauit, quod hi, qui omnibus placere maximam nauare solent operam, qui praeceps Dn. Authoris charas eri ess, adhuc pluribus displiceant, quam qui cordate et absque adulatio[n]e doctrinam ueritatis proponunt. Vnde non mirabitur Dn. Author, quod deprehenderim non

pag. 12.

litis quidem, sed hypotheticis, contrariari, affirmes, quantopere
ueror, ne noua te ratione LY SER O offeras exagitandum?
Hypotheticas leges naturae B V D D E V S uocat eas, quae in-
stitutum aliquod, uel diuinum, uel humanum, supponunt. In-
ter instituta autem diuina refert arborem uetitam in paradiſo,
matrimonium, sabbathum, sacramenta ueteris et noui testa-
menti, et, cum illa ad communem hominum salutem compa-
rata sint, ad ea obſeruanda iure naturali homines obligari, cen-
ſet. Verum, obſecro te, unde notitiam habes instituti diuini?
Dicis, e Scriptura sacra. Atqui, e principiis legis naturalis
quae oppugnanda sunt, ea omni ex parte, hoc est, ratione
propositionis, tum maioris, tum minoris, quam Logici ap-
pellare solent, natura, et solo rationis lumine, constare debent.
Institutum autem diuinum ratione matrimonii, non nisi in-
ter duas personas ineundi, cum natura non constet, fane
nec legibus naturae, siue absolutas, siue hypotheticas, eas no-
minare uelis, polygamiam, de qua disputamus, uetitam esse,
apparet. Immo, si omne id ad ius naturae reuocare uelis,
quod, aliunde cognitum, ratione quadam naturali corroborari
potest, omnes articulos fidei iuris naturalis esse, in posterum
ſtatuentur erit, ea quidem de cauſa, quod natura ipſa di-
ſtitat, quicquid ad salutem hominum facit, Deumque habet
auctorem, id et fide dignum, et sanete colendum esse. Per-
maneamus itaque, *Vir maxime Reuerende*, in ſententia de legi-
bus diuinis poſitiuis uniuersalibus, in hac quidem controver-
ſia principii loco aſſumendis, quam etiam praceptoribus no-
ſtris, b. nempe W E R N S D O R F I O in Disputatione de polyga-
mia, et illustri H A S S E N I O in Synopsi prudentiae moralis, pro-
bari, meministi. Et licet C H R I S T. T H O M A S I V S in Fun-
damentis iuris naturae et gentium, earum legum existentiam pri-
mum

non paucos, qui istam facilitatem et planitatem aut perspicuitatem in illa doctrina et distinctione inuenire non potuerint. An id uitio proprieatis oculorum, an uestro, quod caruerint microscopis, quibus ipse usus est, adscribi debeat, alitis indicandum relinqu. Scripterat scilicet BV DDEVS, hac distinctione exhibita, plana cuncta et in aprico posita esse. Sed THOMAS AVS plures in medium profert rationes, propter quam nullam distinctionem huius in praesente controvergia locum esse, docet.

mum se stabiliuisse, et primum quoque destruxisse, non absque ostentatione profiteatur, tamen in adstruendis iis, quam in destruendis, eum paullo feliciorem fuisse, res ipsa docet. Sed caueamus quoque, hoc exemplo moniti, ne in controversiis disceptandis, argumentis obtusis et stramineis usi, bonae caussae plus detrimenti afferamus, quam emolumenti. Sigillatim in obligatione legum Mosaicarum de incestu demonstranda, sedulo prospiciendum, ne, easdem, cum GOTTL. GERH. TITIO in Disputatione, paullo antea a me excitata, ANTHONIO A MARA, alias (*) ELIA SCHNEGASSIO, in *Commentatione de Coniugio iure naturae prohibito*, et MOYSE AMYRALDO in *Disquisitione quarta de Iure Conubiorum*, indiscriminatim, statuamus, in principiis iuris naturalis tanquam in fundamento inniti, indeque singula incestus genera redargui posse. Quamvis enim inficiari nolim, naturam ipsam quaedam suppeditare subsidia, unde, incestum in linea recta, quam uocant, siue ascendentium, et descendentium, quale est coniugium inter parentes et liberos, foeditate quadam labore, cognosci possit, tamen, ad incestum in linea transuersa seu collaterali quod attinet, si, eum, dixeris, principiis iuris naturalis repugnare, nihil aliud, e sententia quidem ANDR. AD. HOCHSTETTERI in *Collegio Puffendorffiano*, efficies, quam ut, integrum fere genus humanum, propter mutua fratribus sororumque connubia in familia protoplastorum, per incestus nefandos propagatum multiplicatumque esse, contendas. Et quamvis IO. MICH. LANGIVS in libro *de Nuptiis et Diuoriis*, ut, nuptias fratribus et sororum per se incestuosas, et iuri naturae contrarias esse, euincat,

pag. 452.

pag. 72.

K 3

distin-

(*) Author hic, quod ipse titulus indicat, iure naturae prohibita esse, censet, connubia, quae, complices, ne iure quidem positivo divino illicita esse, contendunt, u. g. Coniugium priuigni cum priuigna, duorum fratrum cum duabus sororibus, patris et filii cum matre et filia, inter utricum et viduum priuigni, inter viduum defunctas priuignas, et inter nouercam defunctas priuignas. Sed πρωτος Φεῦδος, huius Autoris est, quod, omnia coniugia, Levit. XXIX. prohibita, iure naturae prohibita esse, putat, sicut e prima statim conclusione appetat, quodque consanguinitatis coniugialis, quam ille vocat, seu ex affinitate oriundae, et consanguinitatis naturalis, eadem prius, ex eius opinione, ratio est, idemque fundamentum.

distinguendum esse, censeat, inter primam naturae institutionem,
 et eiusdem per lapsum Adami factam depravationem, et nuptias
 istas non quidem naturae institutae, sed depravatae tantum,
 repugnare, pronunciet, tamen haec ipsa distinctio eum ni-
 hil quicquam iuuat, cum nuptiae primorum fratribus et soror-
 rum, natura iam depravata, celebratae, secundum hanc ipsam
 sententiam, non possint non pro incestuosis reputari. Equi-
 dem concederim facile, naturam hominis, labe contaminatam,
 occasionem dedisse legislatori sapientissimo optimoque, has
 nuptias prohibendi. Sed, prohibitionem ipsam ex natura
 depravata demonstrari posse, nego. Iis, qui reverentiam et
 disturbancem officiorum accersunt, ut, omnino nuptias,
 quas ex iure diuino incestuosas esse, nouimus, iure naturae
 prohiberi, demonstrent, satis iam fecerunt e Theologis CASP.
 ERASM. BROCHMANDVS in Loco de Coniugio, GVST.
 GEORG. ZELTNERVS in Disputatione de genuino coniu-
 giorum probitorum fundamento, et Iureconsultis MICH. HENR.
 GRIBNERVS in Disputatione de incestis cum nouercae matre
 nuptiis, digni omnino, qui in consilium adhibeantur. Actum
 igitur agere nolo. Reuertor potius ad id, unde digressus
 sum, et, Lyseriana controvrsia nos admoneri, statuo, ut, in
 aciem progressuri ad errores profligandos, de idoneis ar-
 mis et argumentis solidis solicii simus, aut, imbecillitatis no-
 strae memores, hac scribendi prouincia aliis, siisque doctioribus,
 relieta, ad scripta faciliora magisque popularia, scilicet homi-
 letica, et catechetica, curam operamque nostram transferamus.

Hactenus de officio doctorum ecclesiae in erroribus
 compescendis. Supereft, ut nonnulla, ad officium magistratus
 pertinentia, subiiciamus. IO. LYSERI libellos de polyga-
 mia semel iterumque, auctoritate quidem publica, combustos,
 et auctorem tum in vincula coniectum, tum exilio multatum
 esse, constat. Videamus igitur extremo loco, quid sentien-
 dum sit de poenis, in libros sigillatim storiendis. LYSERVS
 fane, pro martyre se uenditans, fata tam sinistra se librumque
 suum inique perpetuum esse, haud obscure prodit. Similem
 in modum, cum Disputatio clarissimi WILLEMBERGII
 de

qu. 53.
 pag. 20.
 Sect. I.
 §. 7.

de finibus polygamiae licitae, Gedani anno 1712. habita, e sententia (*) Tribunalis Petricouiensis in Polonia, rogo addicta esset, Praefide, Respondente, et Opponentibus, infamiae labe conspersis, capitisque damnatis, FRANC. DITERICVS FREVDENHOEFERVS, edito libello Germanico, disceptare coepit, si scriptum quoddam polemicum a magistratu peregrino manu carnificis comburatur, utrum id auctori dedecus, et causae ipsi detrimentum, afferat, nec ne. In qua causa legitime disceptanda, necesse est, ut scripta, flammis tradita, inter se discriminentur. Nouimus ex historia sacra, uel ipsos libros diuinos auctoritate magistratus combustos esse. Ieremias, uates diuinus, librum uaticiniorum, calamo Baruchi descriptum, regi et proceribus Iudeorum exhibebat. Sed ipse anagnostes, quoties tria uel quatuor folia legerat, ea scalpello discessa, annuente rege, in focum iniecit. Ier. XXXVI, 23. Quis dixerit, illud uel auctori, uel libro, dedecori esse? Deinde scripta quaedam ita se habent, ut, licet opinionem non satis certam afferant, tamen nec falutem reipublicae, nec fundamenta religionis, diruant, aut labefactent. Haec quoque immetrito in rogum imponi, affirmo. Aut enim omnis sentiendi et dissentendi libertas e circulis eruditorum tollenda est, aut concedendum, opiniones, etiam non omni ex parte sanas, scriptis publicis disceptari. Hinc iusto durius mihi uidetur decretum Tribunalis Petricouensis de disputatione Willenbergiana, flammis absumenda, nec agunt illi satis prouide, qui inde causae bonae aliquid praefidii arcessunt. Opinio enim doctissimi WILLENBERGII non eo spectat, ut polygamia uel approbetur, uel introducatur. Quin, e contrario, eam in orbe christiano rectissime prohibitam esse, et omnem tempore.

(*) Summam decreti huius exhibet CONSTANTINVS VVIERNOVVS Y in libello, qui inscribitur, *Consideratio inculpatæ decreti Tribunalis Petricouensis in Polonia, quo ob defensam in Gymnasio Gedanensi thesa, Polygamiam simultaneam in lege diuina non esse prohibitam. Author eius, cum Respondente, et Opponentibus, ad infamiam, laqueum, et rogum, condemnati, illiusque scripta, banc in rem edita, per carnificem Petricouiae combusa, Varsaviae 1715.* immo non solum summam exhibet, sed etiam iniuriam eius demonstrat.

pag. 1. tempore prohibitam esse debere, in Iteratis Praesidiis iuris diuini affirmat. Ad fundamentum autem prohibitionis quod attinet, illud non in iure diuino, sed in legibus tantum humanis, collocandum esse, putat, omnisque eius disputatio eo spectat, ut, urgente necessitate, statuat, polygamiam permitti, et polygamos poena capitali liberari, posse. Quae sententia licet mihi non probetur, nec, quod antea demonstravi, periculi expers sit, tamen nec ita se habet, ut, nisi ferro et igne opprimatur, mox omnium rerum extimescenda sit commutatio, et ipsius reipublicae ruina. Opinione ista argumentis solidis confutata, impeditaque defensione et propagatione eius, omne hinc periculum evanescer. Nec est, quare Patres Tridentinos mihi obiicias, dira eum anathematis execratione deuouentes, qui dixerit, licere Christianis, plures simul habere uxores, et hoc nulla lege diuina prohibitum esse. Nam ut raceam, decretis Concilii Tridentini Protestantes non teneri, suam illi saevitatem produnt, qui, canone hoc suffulti, scripta illa, quibus sententia contraria defenditur, flammis iniicienda, et autores eorum laqueo uel igne necandos esse, censem. Sed paullo aliter iudicandum est de LYSERO, eiusque scriptis. Hic, polygamiam uel ipso iure diuino praeceptam, et leges humanas, quibus illa prohibetur, a diabolo profectas esse, arbitratus, coelum terramque mouebat, ut homines iugo tam graui tamque in honesto liberaret. Quae res cum ad auctoritatem magistratus minuendam, et ad turbas in republica dandas, apprime faceret, tune dixeris, magistratus illos, qui extirpanda huic opinioni omnem impenderunt operam, officii sui limites transgressos esse? Et quamuis libri ipsi, ratione sensuque carentes, poenam nec mereantur, nec sustineant, tamen iniquum non est, si magistratus, ad pestilentiam dogmatum iis propositorum indicandam, hominesque ab iis fouendis propagandisque deterrendos, ipsos quoque libros, iubeant, uel flammis, uel alio suppliciorum genere, aboliri. Cuius seueritatis in puniendis opprimendisque delictis exemplum in sacris quoque literis habemus. Homines consceleratos una cum supellecile sua, furore irae diuinae succenso, deletos esse,

Seff. VIII.
 Can. 2.

esse, Moses tradit. Num. XVI, 32. Eundem in modum de Achane supplicium sumi, nouimus, ut scilicet res furto ablatae simul comburantur. Ios. VII, 24. 25. Sicut etiam Deus, praeter incolas terrae Cananaeae, aras quoque, lucos, et reliqua instrumenta superstitionis gentilis, cremari funditusque deleri, iussit. Deut. VII, 5. Sed nolo huic rei diutius immorari, quam a clarissimo SCHELHORNIO in peculiari dissertatione, de uariis poenis in libros statuatis, in Amoenitatibus eius literariis reperiunda, satis iam satis pertractatam esse, constat. Id autem submonere licet, me de poenis iam in libros statuendis agere, minime autem de suppliciis hominum, qui dogmata male sana, uel fouent, uel, libris etiam conscriptis disseminatisque, propagant. Nec enim praesentis instituti ratio patitur, ut de caussa illa pluribus exponam uerbis. Vnicum tamen momentum tacitus praeterire non possum. E sententia Tribunalis Petricouiensis, ipsi quoque Opponentes, h. e. illi, qui in circulis disputantium opinionem, in disputatione Willenbergiana defensam, argumentis publice propositis, impugnarunt, capit is damnantur. Quae sententia si iusta est, suos quoque autores ferit, qui uel maxime opinioni isti sese opposuerunt.

Sed claudamus iam riuos. Nihil quicquam superest, VIR MAXIME REVERE NDE, nisi ut paucis id uerbis expediam, cuius caussa omne hoc scribendi officium in me suscepit. Vel ex ipsa Commentatione Tua constat, Tibi meo loco Portam et adeundam, et, facta rerum commutatione, relinquendam fuisse. Ego quidem concitato gradu Portam tendebam. Sed, quo minus eam introirem, uis quaedam superior restitit, sicut uel ipse docuit euenter. Mihi, ex uoluntate diuina, in statione mea permanendum erat, ut Tu, VIR MAXIME REVERE NDE, in locum illum suffectus, occasionem facultatemque nanciseris, praeclaras ingenii tui dotes uariamque doctrinam explicandi. Res quoque tam feliciter successit, ut, Porta egredius, ingens Tui desiderium relinqueres, multoque maius Friburgi excitares. Partibus Tibi demandatis omni ex parte

L

egre-

T. VIII.
pag. 338.

egregie perfundetus es, nec quisquam eorum est, qui fidei et inspectioni Tuae concredit i erant, quin ultro fateatur, meliorum sibi uel doctorem uel inspectorem obuenire non potuisse. Sed Patronis quoque Tuis, rebus in Porta praelare gestis, tantopere Te probasti, ut Te, e Porta exire iussum, non solum muneri eiusdem, immo maioris etiam, amplitudinis praeficiendum curarent, sed etiam fidem, industriam et dexteritatem Tuam, praeter reliqua gratiae et benevolentiae documenta, stipendio quodam, quotannis e Portae reditibus persoiuendo, remunerarent. De qua re tanto quidem impensius gaudeo, quanto euidentius inde apparet, me licet extra Portam consistente, nihil quicquam derimenti eam cepisse. Maestu esto hac uirtute et laude. Sed tenuitatis etiam meae, et scriptorum a me editorum, in Diatribe Tua, semel iterumque honorificam fecisti mentionem. Pro tam insigni in me voluntate, Tibi gratiam et habendam et referendam esse, arbitratus, hac ipsa Commentatione, quod mihi impoisiisti officium, eo libentius exsoluere uolui, quo confidentius sperare possum, Te, pro humanitate Tua, scriptiōnem hanc bono animo accepturum esse. Et nonne aequum erat, Te meo loco e Porta exeunte, et memoriam Inspectorum Portensium renouante, ut ipse quoque institutum tam laudabile pro mearum exilitate virium adiuuarem? Sicut autem in me quoque conseruando et protegendo multiplex prouidentiae diuinæ extat significatio, cum nec otium, nec uires, nec animus, adhuc mihi desint, utilitati ecclesiae, scriptis etiam foras datis, inseruendi, ita, ut interiora animi mei sensa in sinum Tuum effundam, *Anice Optime*, eandem in me deprehendo mentem, quae SEBAST. FROESCHELIUM, (*) ante-

An. 1724.
pag. 680.

(*) De uita FROESCHELI nostri conferas, uelim, Auctores Commentariorum de rebus antiquis et nouis, ad Theologiam pertinenibus, qui tum e programmata funebri, tum e plagulis quibuldam, Lipsiae an. 1722. eam in rem editis, repeatunt ea, quae fatis eius perpiciendi inserviunt, sed addunt simul, de uxore eius et liberis nihil quicquam scriptis istis contineri. Habeo autem, quod subiectam quasi complementi loco. PHIL. MELANCHTHON in epistola quadam, die 8. Octobris an. 1548, ad loach. Camerarium scripta, commemorat, Froeschelii uxorem in ipso

antecessorem quondam meum, in statione sua complures retinuit annos. Edidit ille *Conciones*, explicantes integrum Euangeliū S. Matthaei, Vittebergae a se habitas quidem, sed a Phil. Melanchthonē scriptas, e quarum Praefatione, *Tomo tertio Oe-
rum Theologicorum Melanchthonis reperiunda, ea, quae de se, et
consilio suo, Vittebergae permanendi, commemorat, pace
Tua, hoc loco subiungam.* Sinceram Euangeliī doctrinam, ait
ille, repurgatam per sanctum virum, Martinum Lutherum, piae me-
moriae, sonui in hac ecclesia annos 31, nescio, quanto cum fructu,
sed certe fide et diligentia, qua potui, nec ambiui altiora loca, sed con-
tentus fui humili sorte mea. Et quanquam mibi interdum oblatae
sunt ubiores functiones, ubi gubernare ipse quoque ecclesias, non
minore fortassis cum utilitate, quam alii, potuisse, tamen malui
in hac ecclesia, sedens ad pedes diuinitus excitatorum virorum, D.
Lutheri, D. Pomerani, D. Philiippi, baurire lac coelestis doctrinae in-
corruptum et uiuisicum, quam alibi cum spe opum et dignitatis rege-
re amplam aliquam ecclesiam. Nec me adhuc huius meae conditionis
aut fortunae poeniter. Teneant alii magnificos titulos, larga stipen-
dia, emineant inter suos gubernatores. Mibi grata est haec humilis
functio, cui, spero, me bona conscientia praefuisse. Id ipsum de me
Tibi dictum puta, nisi quod mihi non contingit tam felici
esse, ut, sedens ad pedes praeceptorum nostrorum, b. Wernsdorffii et Ioan. Guil. Iani, iisque inspectantibus uel adiuuantibus,
officio Archidiaconi in ecclesia Vittembergensi fungi
possim. Hi enim ante, quam ad munus sacrum hoc loco
admouerer, suum obierunt diem. Id ramen de me Tibi, ue-
lim, persuadeas, uel ipsa effigie horum Theologorum, e parie-
tibus aedis sacrae suspensa, in statione mea, non absque interiore
uoluptatis sensu me recreari, et tantorum exemplo Theologo-
rum

L 2

ipso partu extinctam esse, cum mortem hanc antea per somnum uidisset, Funera
duo, inquiens, nobis post redditum magnum dolorem attulerunt. Coniux *erasmi Sal-*
uelensis, et Coniux *Froeschelii*, extinctae sunt in partu, cum quidem Froeschelius,
quae prior decepsit, utriusque mortem ev *ovēpō* uidisset, quod ante mensē mihi
Froeschelius narravit, cum ultraque uiueret, et recte ualaret. Ad conciones autem
illas, a *FROESCHELIO* habitas, sed a *PHILIPPO* scriptas, quod attinet,
res ita se habet. *PHILIPPVS* dispositionem textuum, et illucriores locos, pro
sugge-

pag. 243.

pag. 245.

pag. 608.

rum ad strenue faciendum officium concitari. Licet autem mihi ipse legem figere nolim, quod, nosti, a pietate erga Summum Numen et obsequio alienum esse, tamen intelliges inde, si diuinae ita placuerit prouidentiae, lubenti me animo in nidulo meo haerere. Faxit Deus, ut uterque officii partibus, per complures annos, integris corporis animique viribus, nec sine fructu, perfungamur. De Tua erga me uoluntate ut nulla plane dubitandi cauſa subest, ira me semper ad quaevis officiorum genera promptum paratumque habebis. Vale, VIR MAXIME REVERENDE, et, si me amas, eos quoque, a quibus discessisti, meo nomine, valere, et, ad quos accessisti, saluere, iube. Scrib. Vittembergae Saxonum pridie Non. Septemb. an.

CICICCCCXLVIII.

pag. 247.

suggestu sacro explicandos, suppeditauit, quos, calamo exceptos, lima orationis adhibita, magis elaborauit FROESCHELIUS, ut ipse in Praefatione testatur, Cum offici mei ratione mihi singulis diebus Saturni uespertina Concio esset habenda in hac ecclesia, et iudicio reuерendi Pastoris mei sumissum explicandum auditoribus nostris Euangelium Matthaei, ego autem, confitus mihi meae imbecillitatis et notae omnibus infantiae, ueretur aliquid ex meo capite affingere, aut esculptus, rogauit reuерendum uiuum, D. Philippum Melanchthonem, Praeceptorem fidelem, atque adeo Patrem benignissimum nostrum, ante annos octodecim ferme, adhuc uiente Lutheru, qui etiam barum concionum amplius quinquerum auditore et arbitri fuit, ut mibi in locis obscurioribus esset adiumento, et, si per grauiſtas occupaciones suas posset, textum Euangelistae distingueret, et in locos certos redigeret, et, quae in quolibet loco, uel doctrina, uel consolatio, proponenda auditoribus esset, commonbararet. Hoc exemplum si iuniores et imperitorie inter nos sequentur, nec meditationes crudas, et in locis peregrinis arcessitas, in unius protruderent, melius etiam nobiscum actum esset,



EMEN.



EMENDANDA ET ADDENDA

* * *

Pag. 8. lin. 21. leg. *delitescenti*.

Pag. 14. not. lin. 1. leg. *religiosissima*.

Pag. 13. Notatur Pufendorfius propter acrimoniam stylis. Sed iam moriens acerbum scribendi genus deplorauit, quod e D. Phil. Iac. Speneri Concion. Funebr. P. VI. p. 223; obseruat ANDR. AD. HOCHSTETTERVS in Collegio Pufendorfiano. Quod autem NIC. BECKMANNVS in Praefatione Libri, qui inscribitur, *Ius Nouissimum Romano-Germanicum*, an. 1678. editi, licet Pufendorfius semel iam iterumque, temere se pro auctore dialogi de Polygamia venditari, protestatus esset, nihil tamen feci, Pufendorfium sub filio Sincero Warenbergii nomine scripta sua edidisse, scribit, id maledicti eius tribuendum, puto, sicut idem BECKMANNVS, in Praefatione modo excitata, fibi ex animo gratulans, omnia Pufendorfii scripta a Sacra Caesarea Maiestate, sub poena grauissima, tam Viennae, quam Pragae, et alibi locorum, prohibita esse, eumque atheismi et libellorum famosorum fructum esse, existimans, malecentiam non magis, quam imbecillitatem iudicci, prodit. Conferatur quoque epistola Pufendorfii ad Klingerum, in *Actis Philosophicis doctissimi HEVMANNI* excusa. Quod ego non sim auctor dialogi Warenbergici, ait ille, non solum ipse nouit Beckmannus, sed et uice uersar, quis uerus auctor sit, satis nouit.

pag. 34.
ed. recent.

P. 18.
pag. 657.

Pag. 32. not. Verba Germanica, Da iemand etc. usque ad finem, non Lyferi sunt, quod signa, initio verbi praefixa, innunt, sed ipsius Kortboldi. Ibidem mentione fit libri, a Lyfero in Suecia, auctore nomine Gottlib Wahrmundi, tituleoque, *geblossenachte Gedancken vom Ehestande*, imposto, euulgati. Eodem modo titulus libri excitatur a FRANC. IVL. LVTKENS in Libro de Polygamia et Concubinatu. Sed addere iuvat illa, quea SAM. SCHELVGIGIVS, in Disputatione de peccatis post mortem commissis, ea de re scribit, Primarius, inquietus, inter impios Polygamiae defensores, locus optimo iure debetur Ioanni Lyfero, magni Theologi filio degeneri, qui sub nomine Gottlib. Wahrmundi in Germanica lingua edidit, vornehimer Leute Gedancken vom Ehestande, atque in Latina, sub nomine Theophilii Aletberi, Polygamiam Vitricem, et forte etiam plura. Hunc Christianus V. Daniae Rex una cum libris suis proscripti. In Sueciam uero cum peruenisset, uix ultricibus mulierum manibus per praefidios milites creptus, nauique impositus, extra regnum deportabatur. Qui hominem in Pafloris castrensis munere constitutum probe nouerant, eum ne unu quidem coniugi officium praefastare potuisse, attestantur. Falso hic Polygami Vitrix pro Triumphantrix nominatur. Quod autem liber, sub nomine Wahrmundi editus, aliud hic habet titulum, id iis dilectandum relinquimus, qui librum ipsum inspicere possunt.

p. 40. ss.

§. XI.

Pag.

Pag. 42. Ad verba Lutheri, *Quid multis?* Nullus gentis aut linguae usū digamus dicitur etc. obserues, uelim, CLAVD. ESPENCAEVM, Theologum Parisiensem, in Libris Collectanorum de Continentia, Parisis an. 1565. editis, Lutherum sibi confutandum summis; et, licet Lutherum ipsum non nouiner, tamen, ad haec Lutheri verba eum respicere, res ipsa doget. Primum, ait ille, quidam contendunt, nullius gentis aut linguae usū Digamum uocari, qui plures successive uxores, multo minus, qui uiduam duxerit, sed uocabuli natura cum tantum, qui plures simul habeat, quales primus Lamech, idem homicida, Abram quoque, Iacob, Moses, Elcana, David, Dei prophetae, quidam etiam sacerdotes. Et, paucis interieatis, Logomachiam igitur, inquit, et cenophonian esse, concludunt, deprauostaque uocabulo Digamum dici, qui unius secundum, uiduae, aut corruptae, maritus fuerit. Haec illi. Hic autem ESPENCAEVS ad Canones ueteris ecclesiae, item ad Origenem, aliosque doctores antiquiores, se recipit, ut, uocem Digamus et Digania de nuptiis secundis, post mortem prioris coniugis celebratis, usurpari, probet. Sed rem acu non tangit. Nec enim Lutherus negat, uocem hanc a scriptoribus ecclesiasticis isto quidem sensu usurpari, sed, eundem sensum ulius uel gentis uel linguae usū sibi demonstrari, cupit.

L. II. c. I.
pag. 131.

pag. 132.

Pag. 397.

Pag. 381.
p. XI.
p. 169.

Pag. 44. lin. 16. Post uocem edita interponi debet comma. Loquor autem de iis, qui data opera et peculiari scripto Polygamiam Triumphantem confutarunt. Idem molitus est HIER. BRVCKNERVS, qui in Decisionibus turis matrimonialis controuersi unius alterumque argumentum Lyseri excusit, reliqua autem argumenta uel sophismata peculiariter tractationi, ut ipse ait, referuauit, quae tamen lucem non asperxit. ARCVARIO autem, cum ille Sluteri librum de Polygamia, aduersus Lyserum editum, subinde notaſſet, SLUTERVS respondit, edito libello, cuius titulus est, Pyrrhonit und Orthophili Unterredung von der im nechſten Iahre unter dem Nabmen Daphnei Arcenari ans Licht gekommenen Betrachtung, Hamb. 1680. ut iam ante me obſeruauit clarissimus A SEELEN in notis, Philocaliae Epifoliticas subiectis. De editione libri, ab Arcario compoſiti, et de confutatione eius, ab auctore ipso elaborata, conferri possunt Vitae Clarissimorum Virorum, a Clarmundo edi coptae, sed post ea ab aliis auctioribus continuatae.

Pag. 55. Iis, qui, recentiore actate, polygamiam, exemplo Lyseri, defenderunt, addi debet auctor anonymous, qui Henrici Alethei I. C. T. epistolam, hac inscriptio ne, Einfertiges Anſtſort-Schreiben, an einen Hochſurſtlichen Rath in N. über die Frage, Ob die Polygamie mit dem Christenthum bestehen könne? an. 1703. editam, confutandam sibi delegit. Non quidem typis statim expreſsum est scriptum illud anonymi, sed calamo exaratum in multorum incidunt manus. Hinc cum FRANC. IVL. LVTKENſ exemplar MSCTUM obinreret, vindicias epistolae, ab Henr. Alethei editae, adornauit, quae, post mortem eius inuentae, una cum Ilo, D. Frantz Iulii Lütkenſ gelehrt und ausführlicher Tratſat von der Polygamie und Concubinat, Leipzig und Gardelegen an. 1723. Liber omnino leſtu dignus.



INDEX

I N D E X.

Litera n. numeris adiecta, indicat notas.

- A**ccentuum hebraeorum auctori-
tas a Willenbergio negatur, 58
ALETHEVS, (**THEOPHILVS**) est 10.
LYSERVS, 20
ALETHOPHILVS GERMANVS est
idem, 18
Anabaptistae, Polygamiae fautores, 54
ARCVARIVS, (**DAPHNAEV**) arat
Lyseri uitulo, 40. cum quibus
Theologis pugnet, 37. euulgat
scripta de bigamia Philippi Haf-
fici, 40
Arianismus, ad illum dicit Calui-
nianismus, 54. 65
ARNOLDI, (**GODOFR.**) calumnia
10. POMERANO, 65. n.
BECKERVS quidam, impius apo-
stata, 6
BOSIVS, (10. ANDR.) contuberna-
lis Lyseri, 40
Bourdelotius quidam, Atheus, 5. 7. n.
BRVNSMANNVS, (10.) refutat Ly-
serum, 44
BVDEVS, (10. FRANC.) leges po-
sirias uniuersales negans refuta-
tur, 74 seqq. **THOMASIO** uapu-
lar, 75. 76. n.
BVGENHAGIVS, uid. POMERANVS.
CALIXTVS, (**GEORG.**) quomodo
digamiam episcopis uitandam ex-
plicet, 43. n.
CALOVIVS, (**ABRAH.**) Lyserum
confutat, 37. n.
Caluinianorum error, quam efficax
- fuerit, 63. dicit ad Arianismum,
64. 65
Cheregati, legati Pontificii, calumniae
de Lutherio, 53
Chiloniensis Academia in suspicionem
polygamiae defensae adducitur, 30.
quam amolitur KORTHOLDVS, ib.
Christina, Sueciae regina, ad Athei-
smum proclivis, 5. seqq. n.
Coniegium pro contractu mere ci-
vili habet Lyserus, 24
Conscientia, quis in illa acquiescere
possit, 45. 46
Correctoris scriptorum Lyseri supi-
na negligentia, 21. 22. 23
DANNAHVERVS, Lyseri praece-
ptor, 39. 40
Dedicatio ridicula, 23. 24. 25
Deprecatio absurdia, 50
DICMANNVS, (10.) quid de SIN-
CERO WARENBERGIO tradat, 16.
scripsit contra Lyserum uaria, 26.
27. laudatus, 27. 73
Digamia quid, 42
Discursus politicus de Polygamia, Lati-
nus, 20. 26. Germanicus, 25
Doctorum Ecclesiae officium, errori-
bus ortis, 65. 78
EDELMANNI impietas, 5. 6. Spino-
zismus, 61. 62. de polygamia sen-
tentia, 58. 62. refellitur, ibid.
Epitaphium ridiculum duplex, 38
ERNESTI, concionator Suecus, de-
clamat in Pufendorfium, 14
M Erro-



I N D E X.

- Erros non fugiendi tantum, sed etiam coerendi, 65. 66. at armis idoneis, 69. seqq. eorum uis et efficacia, 62. 63
- F**ABRICIVS, (IO. ALB.) scriptorum Io. Lyseri non facit mentionem, 2
- F**EQVETVS, Hungarus, academiam Chilonensem infamat, 30
- F**ERDINANDVS Imperator, qua re ab amplectenda Euangeliu ueritate abstractus sit, 55. n.
- F**ROESCHELIUS Seb. cur Vittembergae manere uelit, 83. eius uxor in paru extincta, 83. n.
- G**ESENIVS, (FRID.) oppugnat WARENBERGI dialogum, 9. quem unius ex PUFENDORFFIIS tribuit, 10. satis imprudens, 12. quo fundamento, 12. seqq. edit aliud LYSERI scriptum cum notis nullius momenti, 18
- G**RIBERVS, (MICH. HENR.) polygamiam iure naturae prohibitam esse, negat, 73. 74
- H**artungius, Diaconus Vittembergensis, declamat in Pufendorffium, 11. n.
- I**ncestus, an iure naturae prohibitus, 77. 78
- I**nterim, quae de hoc libro in Saxonia acta sint, 67
- Interpretatio callida, sed malitiosa, 42. 48
- I**o. Fridericus, Elector, num captiuus publicis precibus Vittembergae Deo commendatus sit, 68. 69. n.
- I**o. Leydensis polygamiae suar, 54
- I**ure naturae non prohibetur polygania, 70. 78
- K**oenigsmarckius, Comes quidam, Polygamiae patronus, 4. 29. in eius honorem delectus libri Lyseriani titulus, 29. n.
- Kornbeck, infelix polygamiae defensor, 55
- K**ORTHOLDI, (CHRIST.) zelus aduersus Lyserum, 30. 31
- L**AGY, Anglus, bigamiae defensor, 55
- L**ANGIVS, (IO. MICH.) de nuptiis et diuortiis quid statuat, 77. 78
- Leges positivae uniuersales afferuntur contra BVDDEVM, 74. seqq. naturales hypotheticae, an dentur, 76
- L**EMBVUS quidam, in Elestorem captiuum iniuriosus, 69. n.
- Libri, quae poena in impios sit statuenda, 78. seqq. combusti, an auctoribus dedecus afferant, 79. an recte comburantur, 80.
- L**UDOVICI, (IAC. FRID.) uistoriam tribuit Lysero, 34. 70
- L**UTHERVS, in partes Lyseri traclus, 41. sed frustra 42. confituum eius de Philippi Hassiaci digamia excusatur, 55. 56.
- Lutherani calumniis onerantur, 53
- L**YSERVUS, (IO.) Argentorati litteris operam dedit, 40. IO. ANDROSIVM contubernalem habuit ib.
- Pretiini etiam et Seydæ officio sacro funetus, 37. n. Koenigsmarckii patrocinio gaudet, 4. et forte alias etiam Baronis Sueci, 4. 7. uerstantur

I N D E X.

tur in Dania, 29. inde Stadam peruenit, 29. Chiloniam proficiuntur, 29. 30. inde fugit, 30. quae Gustrouii expertus fit, 31. 32. et Holmiae, 32. latet sub nominibus **SINCERI WARENBERGII** 3. seqq. quamvis id negare videatur, 16. 17. item **ALETHOPHI LI GERMANI**, 18. **THEOPHILI ALETHEI**, 20. **GOTTLIEB WAHRMVNDS**, 32. **ATHANASII VINCENTII**, 35. 36. unde errorem suum hauserit, 49. 50. qui magni momenti, 52. seqq. 56. et efficacissimus in Lysero fuit, 63. 64. prouocat ad conscientiam, 45. quo iure 46. deprecator ridiculus, 50. quamobrem uxorem non duxerit, 47. 48. coniuciis proscindit aduersarios suos, 36. quinam illi fuerint, 36. 37. qua in re quidam peccauerint, 70. 74. ueneres eius et uictoria imaginaria, 38. quam alii etiam ipsi tribuant, 34. 70. sed perperam, 71. non omnino inepte pugnat, 74. 75. subinde audacior factus, 19. abutitur uerbis scripturae, 24. 25. 28. 32. 48. 56. principibus nunc blanditur, nunc se inimicum exhibet, 24. 34. num apostolus sit, 32. n. quantum sit eius crimen, 80.

LYSERI (10.) *Scripta nullibi accurate recententur*, 2. edita sunt post abdicationem munieris, 3. pri-
mum, 3 secundum, 18. tertium, 20. quartum, 25. quintum, 26. sextum, 27. septimum, 27. octauum, 32. nonum, 33.

Magistratus officium in erroribus compescendis, 78. seqq. ius circa polygamiam 19. in eo expnendo contradicit sibi Lyserus, 24. varius illius erga magistratum animus, 24. 34. *Martyres diaboli*, num quis martyres Anglicos vocauerit, 49. 50. n. **MENZERVIS**, (BALTH.) scripsi epistolam de polygamia et diuortio, 3. 8. confutat Warenbergium, 8. **GESENIO** praeferendus, 18. 19. **MEYERVS**, (10.) confutat Polygamiam triumphatricem, 44. Monogamiae epitaphium, 38. **NEV SERI**, (AD.) de Caluinianismo testimonium, 64. 65. **O CHINVS**, (BERNHARDINVS) polygamiam propugnat, 50. male habitus a mulieribus in Polonia, 54. Opponentes disputationis *VVillenbergianae* capit is damnantur, 81. **P**egnitz 2 Tim. II, 16 quid significet, 65. **PFAFFII παρέεια**, 44. **Philippi**, Landgravi Halsiae, digamia, ecclesiae euangelicae noxia, 55. n. quis scripta de illa euulgauerit, 40. autores harum epistolarum, 41. **PLACCIVS** omittit quaedam Lyseri scripta, 19. *Polygamia* ex iure naturae oppugnari non potest, 71. 74. sed lege positiva universali, 74. 78. eius defensores, 50. 54. 55. 58. patroni, 4. 5. in quibus Pontifices quidam, 56. Patrum Tridentinorum erga illam fueritas, 80. cuius momenti sit controversia de illa, 52. seqq. quomodo **V VILLE BERGIVS** opinionem suam emolliat, 56. singulare pro illa argumentum ex Ies III p. 21. num sit medium augendae reipublicae, 28. 29. n. *Patriarcharum excularatur*, 59. *Episcopis* qualis interdicatur, 42. 43. *Poly-*



I N D E X.

- Polygamia triumphatrix non est nisi discursus politicus notis auctus, 20 seqq. 34: cur Londinum Scanorum libro praefixum sit, 33. ratio tituli, 34. quis Librum confutauerit, 44. uitium eius grammaticum, 23. locus quidam mutilatus restituitur, 21. 22. 23*
- POMERANVS, (IO.)** vindicatur a calamitia Arnoldi, 67. n. laudatur a Froeschello, 83
- Pontifices Romani quidam, polygamiæ patrini, 56*
- Pufendorfius, (Samuel) laudat MENZERI scriptum, 9. auctor *Dialogi de Polygamia* esse fertur, 10. in ipsa adeo Suecia, 14. quam tamen suspicionem a se amolitur, 10. 12. 14. at controversiam de polygamia pro leui habet, 51. de eius consentu gloriatur VVILENBERGIVS, 52. quid SCHERZERVUS aduersus illum egerit, 11. exploratores eius in Saxonia ibid. n. eius acerbitas, 14. 15. quam tamen ipse damnat, 52. illius *ius naturæ* in 50 bibliopolis celeberrimas urbis non inuenitur, 39*
- RECHENBERGIVS, (ADAM.)** amicus Pufendorffii, 11. n.
- REINBECKIVS,** polygamiam reipublica detimento esse, docet, 28. n.
- SCHELHORNIUS,** scriptorum Lyserianorum non facit mentionem, 33. de poemis in libros flattus, 81
- SCHERZERVUS, (IO. ADAM.)** Pufendorfium pro auctore *dialogi de Polygamia* uenditat, 10. grauis illius aduersarius, 11. n.
- SCHNEEGASSIVS, (ELIAS)** notatur, 77
- SIRICIVS, (MICH.)** scripsit contra Polygamiam, 46. 47. qua occasione, ibid. n. prouocat ad ius naturæ infeliciteter, 70. 71
- SLUTERVS, (SEV. VVALTH.)** errat in designando auctore *dialogi de Polygamia*, 17. scripsit contra Lyserum, 28. et bene quidem, 73
- Sociniani, prodierunt ex Caluinianis, 64
- SPENERI** narratio de Sueco quodam impi, 4. 5. 6
- Suecus quidam Polygamiae patronus, 4. 6. unde eriores hauerit, 5. n.
- T**heologorum Vittembergensem solertia in erroribus coercendis, 66. 67. preces pro Elecōre captivo, 68. 69. n.
- THOMAS (FRID.)** fata Lyseri Gustroiensia enarrat, 32
- THOMASIVS (CHRIST.)** enarrat controversiam de Sincero VVarenbergio, 14. 16. leges politicas uniuersitas, nunc affert, nunc negat, 75. 76. 77. BV DDEV M reprehendit, ibid. n.
- TITIVS, (GOTTL GERM.)** polygamiam iure naturæ prohibitam esse, contendit, 73
- Typographi oscitantia, qui scripta Lyseri impensis, 21. 22
- VIGIL, (CHRISTIANVS)** uid. GESENIVS.
- VINCENTIVS, (ATHANASIVS)** et IO. LTSERVS, 35. 36
- Vittembergenses Theologi, uid. Theologi. Vocalium in codice Ebraeo auctoritas a VVILENBERGIO negatur, 58
- WARENBERG, (SINCERVS)** non est PVFENDORFFIVS, 10. seqq. neque medicus Holmienis, 15. seqq. neque aliis illustris Suecus, 17. neque Secretarius Comitis a Koenigsmark, 17. sed IO. LTSERVS, 15
- VVAHRMVND, (GOTTLIEB) est IO. LTSERVS, 32
- VVALCHIVS, controversiam Lyserianam omisit, 2
- VVERNSDORFFII (GOTTLIEB) παρόγεννα, 9. n. leges positivas uniuersales afferit, 76
- VVESTPHALVS (IOACH.) num martyres angelicos diaboli vocauerit, 49. 50. n.
- VVILENBERGIVS** Lysero contradicit, 28 eidem uictoriam tribuit, 70. 71. quid de polygamia sentiat, 56. 57. quorum in ea defendenda delabatur, 58. poena in ipsis Diss. statuta, 79. quae tamen iniquior est, 79. 80.
- Z**vinglii error, uid. Caluinianorum error.



ULB Halle

005 458 439

3



B.I.G.

Black

3/Color

White

Magenta

Red

Yellow

Farbkarte #13

Green

Cyan

Blue

Centimetres

Inches

8
23.
18
4716

RISTIANI GOTTLIBII
CLVGII
TRIBE EPISTOLICA
DE
PTIS IO. LYSERI
AD
DAM SVADENDAMQVE
Y G A M I A M
EDITIS
AD
MAXIME REVERENDVM
H. GOTTLLOB AM·ENDE
REM ET SVPERINTENDENTEM
FRIBVRGENSEM
PERSRIPTA



EMBERGAE CLOCC XLVIII
TIO. CHRISTOPH. TZSCHIEDRICHIVS

1748